





DISSERTATIO ¹⁷⁸⁶
JURIS ECCLESIASTICI

EXHIBENS

HISTORIAM, EXERCITIUM,

AC

SUSPENSIONEM TURNI

ECCLESiarUM COLLEGIATARUM COLONIENS.

PRÆCIPUE PER

PRECES ARCHIEPISCOPALES.

QUAM

LOCO TENTAMINIS ACADEMICI PUBLICI

UNA CUM

SELECTIS JURIORUM THESIS

SINE PRÆSIDE

EXPONET & PROPUGNABIT

CASPAR. ANTONIUS S. R. I. EQUES DE MASTIAUX
IN NEUENHOVEN Bonnenfis, Jur. Audit. quinquennio emer.

IN AULA MAJORE ELECTORALIS ACADEMIÆ
BONNENSIS

DIE XXV. MENSIS FEBRUARII MDCLXXXVI.
ab horâ IX. ad XI.

Bonnæ, Typis Joan. Frid. Abshoven, Typographi Academici privil.

HISTORIAM EXERCITIUM

SUSTENTATIONI

PRINCIPI,

&

PATRIÆ

PRÆFATIO AUTHORIS.

Viri, quos maxima de exculto jure sacro commendant merita, jam pridem monuere, jus ecclesiasticum germanicum ex domesticis potissimum fontibus, Concilii germaniae, statutis, privilegiis, & observantiis ecclesiarum diplomatibus & scriptoribus rerum germ. hauriendum & illustrandum esse. A primo jam exordio concrediti mihi numeris docendi jus sacrum germanicum, an. abhinc. 1771. hanc viam & quidem non sine fructu observavi, tum in prælectionibus, tum scriptis publicis antehac à me editis; nec me unquam penituit, in hanc semitam visse. Fidelis itaque legi, quam mihi met ipsi posui, huic viæ insistenti, præsens thema elucubrandum: de historia, exercitio ac suspensione Turnorum in Ecclesiis colleg. Colon. per primarias preces Archiep. selegi confidens laborem meum orbi liter. non fore ingratum, ed quod materia hæc, quoad dignitas illius postulat, nondum est elaborata satis, quaestiones in praxi mihi plerumque obvias, quas in aliis authoribus frustra quaesieris, resolvî. Authores, qui (bonâ tamen veniâ ipsis concedendâ) in historia & jure præcipuè primar. Precum Archiepisc. Colon. errarunt corriguntur. Addidi Docum. potissimâ ex parte adhuc inedita, quorum utilitatem ut commendem, non est necesse; adj. etiam quibusdam Docum. jamjam editis, ut Documta, quibus mea tractatio inimitur, uno fasciculo sisterem. Sententiis & decisionibus meis nullius juri præjudicare volo, imo nec possum, satis memor, me legem ab aliis suscipiendam scribere non posse, & cum difficile sit ad omnium sapere ingenia, moneo contradictores meos, ut detractâ larvâ & absque convitiis & criminationibus prodeant in publicum, eâ, quâ viros literatos decet, modestiâ & christiana charitate non personam, sed doctrinam aggressuri, si à me responsum desiderent. Lectorem verò, qui scripta mea æquo hæctenus animo & judicio dignabatur, ut mihi favere non desistat rogo, Scribebam Bonæ 20mâ Februarii 1786.

CON-

CONSPECTUS.

PARS I.

HISTORIAM JURIS CONFERENDI AD ECCLESIAS COLLEG. COLONIENSES TRANSEUNTIS, & TURNI SENSIM INTRODUCTI EXHIBENS.

- §. 1. Episcopi sunt & fuerunt Collatores ordinarii Beneficiorum.
- §. 2. Quo Seculo facta hujus Disciplina immutatio?
- §. 3. In Germania Seculis VIII IX.
- §. 4. In Ecclesia Coloniensi Seculo IX. medio.
- §. 5. Salvis tamen manentibus reliquis juribus Archiepiscop. in Eccles. Colleg.
- §. 6. Et quidem precipue manente jure finaliter decidendi causas controversas cleri inferioris.
- §. 7. Jus hoc Ecclesiarum Coloniensium post vitam communem non solum conservatum fuit, sed nova etiam incrementa cepit.
- §. 8. Prima turni in Ecclesiis Coloniensibus initia.
- §. 9. Jura Archiepiscoporum Colon. post abjectam vitam communem circa Canonicatus & Præbendas.
- §. 10. Mutatio facta Seculo XV. per Concordata Germania, absque præjudicio tamen Turni existentis revertente THEODORICO Archiep. Col.
- §. 11. Seculo XV. in Ecclesiis Colon. reassumptus modus eligendi.
- §. 12. Seculo XVI. reassumptus in Eccles. Colon. Turnus, generaliter tamen autoritate Archiepiscopali & Papali Seculo XVII. ineunte abolitus.
- §. 13. Resuscitatus tamen postea in pluribus Ecclesiis & auctoritate etiam Archiep. firmatus.
- §. 14. His non obstantibus Archiepiscopi Colonienses sunt & manent Collatores ordinarii superiores.

PARS II.

MODUM & EXERCITIUM TURNI IN ECCLESIIS COLON. EXHIBENS.

- §. 15. Ecclesia Collegiata Statuta condere possunt.
- §. 16. Inde etiam erigere & abrogare possunt Turnum voto tamen unanimi.
- §. 17. Singularis exceptio in Ecclesia Regali Aquigranensi.
- §. 18. Quinam gaudeant jure Turni?
- §. 19. Continuatio.
- §. 20. Presentandi sunt habiles intra terminum præfixum.
- §. 21. Modus terminandi Controversias ratione Turni exortas.
- §. 22. Præbenda à Turno excepta.

PARS III.

DE SUSPENSIONE TURNI PRECIPUE PER PRECES PRIMARIAS ARCHIEPISCOPALES.

- §. 23. De Suspensione Turni per primarias Preces Casareas remissæ.
- §. 24. De Precibus primariis Archiepiscopalibus & Episcopalibus in Germania generatim.
- §. 25. Initia juris primariorum Precum Archiepiscopatum Coloniensium.
- §. 26. Non inmittuntur Indulto Apostolico.
- §. 27. Discretè jus Precum agnoscitur & acceptatur in ordinationibus Turni.
- §. 28. Non obstat Concilium Tridentinum, nec Bulla BENEDICTI XIII,

PARS I.

HISTORIAM JURIS CONFERENDI AD ECCLESIAS COLLEG.
COLONIENSES TRANSEUNTIS, & TURNI SENSIM
INTRODUCTI EXHIBENS.

§. I.

Episcopi sunt & fuerunt Collatores ordinarii Beneficiorum.

Quod Episcopi sint & pluribus etiam Seculis fuerint Collatores ordinarii omnium beneficiorum in suis Ecclesiis, nullus Eruditorum hodie dubitat, idque præ aliis ad evidentiam usque demonstravit vir eruditissimus THOMASSINUS ^{a)}; ut proinde merito hodie ab aulis, foris & academiis germanicæ exulet principium illud: *ad summum Pontificem pertinere ex potestatis suæ plenitudine Beneficiorum omnium totius mundi omnimodam & liberam dispositionem, quia vices Dei*

a) Episcopi enim veri Apostolorum Successores sunt, geruntque vices Christi in terris, atque suarum Ecclesiarum non per hominem, sed per CHRISTUM JESUM totam administrationem & curam animarum gestant; ipsorum itaque est alios sibi ministros cooptare & ordinare, si pares se solos non sentiant omnium oviū suarum necessitatibus: quemadmodum ipsi Apostoli per per diversas civitates constituerunt & ordinarunt presbyteros. — Porrò uti ordinatio ministrorum est solum reservatum Episcopale, ita quoque Beneficiorum collatio tale erat, quia ab initio non erant duo distincta, nemo ordinabatur, cui non statim assignaretur Ecclesia, in qua ministraret, & ubi necessariam alimentationem, dispensante bona Episcopo, reciperet. Comitabantur quidem ordinationem sacra consilia Cleri ac testimonia & desideria plebis; sed non alia de causa, quàm ne indignus incardinaretur Ecclesiæ, neque invitis daretur minister, quem oves contemnerent, aut odio haberent, graviter

A

viter

Dei gerit in terris, quod ex Collectione Pseudo-Isidoriana natum & jure communi receptum a) celeberrimus Curialista RIGANTIUS b) inter Catholicos absolutissimum, imo LEO Episcopus Thelesinus olim practicus romanus omnium Catholicorum & de fide esse pronuntiaverunt c).

§. 2.

Quo Seculo facta hujus Disciplina immutatio?

Quando autem præcise & quomodo jus conferendi beneficia factum sit Clero inferiori Ecclesiarum collegiatarum proprium, inter eruditos

viter id prohibente *Canone ultimo, Dist. 63.* JUSTINIANUS quoque Imperator *Nov. 123. Cap. 14.* legem dederat: „Si tempore ordinationis Clerici, cujusunque collegii aut ordinis accusator aliquis apparuerit dicens: eum indignum ordinatione esse, differatur ordinatio, atque pro examinatione procedatur”. Unius autem Episcopi erat, consilia, suffragia, testimonia, & accusationes trutinari, ac seligere personam Ecclesie magis utilem, quia notorium est, constitutionem & electionem ministrorum altaris ceu negotium maximi momenti, populo plerumque versatili & tumultuoso sine gravissimo discrimine committi non posse; in hoc sensu intellige Synodum *Laodicenarum Can. 13.* quod non sit turbis concedendum electionem facere eorum, qui Altaris ministerio sunt applicandi. — Ne hic justo longiores simus, desuper consule THOMASSINI loc. cit. add. *ESPEN Jur. Eccles. univ. P. II. Sect. 3. Tit. 4. Cl. ENDRES Diff. de differentiis inter Collatores Beneficiorum Germanie, ed. Wirceburgi 1781.*

a) *Cap. 2. de præb. in 6. Clem. 1. ut lite pendente.*

b) In Commentariis ad Regulas Cancellarie *P. II. p. 230 n. 76.*

c) In Thesuro fori benef. *P. 1. Cap. 12. n. 18.* — Eò nempe venerat ultramontanorum dogmatizandi studium, ut absque materiarum discrimine pronuntiarent: est de fide, ità Catholicis omnes: immemores Regule VINCENTII Lirinensis *Comment. 1. Cap. 3. id proprie catholicum est, quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est.* Saniora gustavit principia Em. Cardinalis de LUCA in Summa benef. §. 2. n. 6. docens: *Juris communis dispositione primævoque Ecclesie usu attentis omnia beneficia quandounque & quomodocunque vacantia ad Episcopi ceu Ordinarii collationem spectant.*

ditos nondum est expeditum satis; versatissimus in jure & historia sacra ESPENIUS à Seculo XI id factum esse statuit a), prælaudatus autem THOMASSINUS adfert causas quatuor, sequentes videlicet: *diutinum Episcopatus interregnum, frequentiozem Episcoporum absentiam, eorum negligentiam, denique privilegium episcopale b).*

§. 3.

In Germania Seculis VIII, IX.

DRO GERMANIA neutri horum accedo; siquidem jam prima hujus juris vestigia deprehendantur Seculo VIII & IX, ubi vita communis in collegia Canonicorum transit, iisdemque propterea ab Episcopis sive in- sive extra Synodos dabatur indultum, eligendi suos Præpositos, aliosque juniores surrogandi in locum Canonicorum decedentium c).

§. 4.

a) *Loc. cit.* ubi ait: „Ante Seculum XI. beneficia non erant separatim collata, neque ante eam ætatem de aliis collatoribus ordinariis, neque de collatione beneficiorum ab ordinatione distincta quidquam legitur“.

b) *Loc. cit. Cap. 36. §. XI.* THOMASSINUM sequitur PILATUS in orig. jur. pont. ed. Tridenti 1739. *L. 4. Tit. 4.* Hunc sequitur Cl. ENDRES Diss. cit. §. XII. novam his superaddens causam: nempe *bonorum Capituli à mensâ Episcopali separationem.*

c) Germani Canones, qui huc pertinent, sunt sequentes: I) can. 15. inter statuta S. BONIFACII circa an. 745 condita apud HARZHEIM Cc. Germ. Tom. I. pag. 74. ordinat: *ut plus non admittantur in monasteriis Canonicorum & Monachorum, quam sufficere possint: II) canon tertius Regulæ canonicalis ab Episcopo Metensi Chrodegango præscripta ita habet: Cavendum summopere Præpositis & Prælati ecclesiæ est, ut in ecclesiis sibi commissis non plures admittant clericos, quam ratio sinit & facultas ecclesiæ suppetit, ne si plures indiscrete aggregaverint, nec ipsos gubernare, nec ut oportet valeant adminiculari Can. 5. ejusdem regulæ prohibetur: ne Prælati seclusis nobilibus, viles tantum in sua congregatione admittant personas &c.; & Canone 47. oportet Ecclesiæ Prælatos, ut de*
Con-

4

— — — — —

Congregatione sibi commissi tales eligant boni testimonii fratres, in quibus onera regiminis secure possunt partiri, quibus etiam talem conferant dignitatem &c. Manifesto supponunt hi Canonas, penes Præpositos & Prælatos Ecclesiarum extitisse jus admitendi nova collegii membra in locum decedentium — Non mediocriter lapsus hic est THOMASSINI loc. cit. Cap. 35. n. XI. docens: *Hac Chrodegangi regulâ submoneri EPISCOPOS & PRÆLATOS, ne plures inscribant Canonorum albo, quam pro modulo facultatum, adeoque jus cooptandi hoc tempore adhuc etiam stetisse penes Episcopos: Quis enim credat Chrodegangum Episcopum Metensem, qui Ecclesiis Canonorum suæ Diœcesis regulam tantùm scripserat, voluisse aut potuisse ferre legem reliquis Coepiscopis sibi non subjectis? Ignoravit nempe aut non advertit hic egregius aliàs Author, nomine Prælatorum, de quibus regula post Præpositos mentionem facit, non venire Episcopos, sed alios Prælatos Præpositis inferiores, in quibus onera regiminis secundùm expressum regulæ tenorem divisa erant. — Similem lapsum hujus viri jam notavit Cl. NELLERUS an. 1757 in Diss. de libertate Archidiaconalis Ecclesie Bonnenfis ab Archidiaconali jurisdictione &c. Sect. II. §. XIX.: quod P. I. L. 2. Cap. 20 n. 8. pro Diaconis in Concilio Colonienfi nostro anni 1536 legeret Archidiaconos, crederetque in Ecclesias collegiatas per Diœcesin Coloniensem Archidiaconos exercere jurisdictionem, cùm tamen Concilium prædictum de Capitulo discipline à Decano cum Capitularibus Diaconis habendo duntaxat intelligendum veniat. — Optandum itaque foret, ut nunciata nuper à Societate Typographica quâdam editio nova THOMASSINI notis ad Ecclesias Germaniæ adcommodatam illustrata prodiret. III) Canone 9. Concilii moguntini an. 813 habiti, & in CAPITULARI Caroli Magni de eodem anno Cap. 6. similiter ordinatur: „ne plures recipiantur in Monasteria Canonorum, quam facultates sufferre possunt“. IV) In Synodo aquisgranensi an. 816 sub Ludovico pio habita, cui interfuit HILDEBALDUS Archiepiscopus Colonienfis, aucta fuit regula Canonorum Chrodegangi, & præscripta omnibus collegiis, ubi can. 119. ita statuitur: *Cavendum summpere Præpositis ecclesiarum est, ut in ecclesiis sibi commissis non plures admittant clericos, quam ratio sinit — . . nec eos, quos rationabiliter gubernare possunt, causâ avaritiæ abjiciant — can. 119. nullus Prælatorum seclusis nobilibus viles tantùm personas admittat — can. 138. Oportet ecclesie Prælatos, ut de congregatione sibi commissâ tales eligant boni testimonii fratres, in quibus onera regiminis secure possint partiri.* Quia Archiepiscopus Salisburgensis non erat præsens in hac Synodo, LUDOVICUS Pius Imp. eundem, ut promulget eandem in provincia*

§. 4.


In Ecclesia Colonienſi Seculo IX medio.

Pro Archidiceceſi Colonienſi **GUNTARIUS** Archiepiſcopus a) Eccleſiarum collegiatarum ſingularis patronus anno verofimilius 852 b) Collegiis Canonicorum tunc in vita communi exiſtentibus cum conſenſu & voluntate ſuorum Clericorum ac Laicorum matricis Eccleſiæ

vincia ſua graviffimis cohortatur verbis: volumus atque decernimus, ut juxta Metropolitanæ Sedis tibi canonicè collatam dignitatem noſtræque auctoritatis ſunctionem Diœceſeos tuæ Episcopos tempore & loco congruo ad te accedere facias, & his coram capitulatum memoratam inſtitutionis formulam prælegi jubeas &c. apud **HARTZHEIM** T. I. p. 540. Quidquid autem juris hic tunc Canonicorum collegiis, tum horum Præpoſitis in admittendo & eligendo aut conceditur, aut conſeſſum ſupponitur, id ex ſola Episcoporum voluntate tantum occasione vitæ communis introductæ proficiſcebatur.

a) Nota ſunt hujus noſtri Archi-Præfulis fata, quæ tulit cum **THIETGAUDO** Archi-Epiſcopo Trevirenſi ob pronuntiatum inter Lotharium regem & Theutbergam divortium, à Nicolao I. excommunicatus & ex-auctoratus.—An juſte, an ultra modum rigide nimis Pontifex proceſſerit? non videtur tum extra omnem controverſiam fuiſſe: Cœvi enim Annales Fuldenſes ad an. 863 ita ſcribunt: **NICOLAUS convocato romanæ ſedis epiſcoporum concilio & metenſem anatematizavit Synodum & ad ſe miſſos Episcopos (GUNTARIUM & THIETGAUDUM) depoſuit: juſtè quidem & canonicè, ut ſcriptis ſuis ipſe pontifex teſtatur; injuſtè verò ſicut illi ſcriptis & aſſertionibus confirmare conantur.**—Porro nota: exauſtorationem hanc fuiſſe factam ob cauſam tunc controverſam invito rege, & interpoſita contra eam à Gunthario appellatione à Papa ad concilium.—Verum hoc factum in Diſſ. de eo, quod ex jure naturali, divino & legibus eccleſiaſticis quad divortium obtinet & obtinere debet: ſuo tempore edenda accuratiùs examinabimus. Vid. **HONTHEIM** Hiſt. dipl. Trev. Tom. I. pag. 208.

b) Hunc annum factæ Conſeſſionis fuiſſe inde auguror, quod mox anno ſubſequenti XVIII Calendas Februarii à Lothario Rege fuerit confirmata. Vide Documenta adjuncta ſub N. I. add. **GELENIUS de Colon. magn. p. 224.**



fiæ inter alia concessit, imò: ut iis deinceps licitum foret cum secura potestate & libero arbitrio inter se ordinare tam de sua electione, quam de omnibus suis rebus absque ejus consultu & imperio. addò: iisdem conceditur (rarissimo in aliis Ecclesiis exemplo) ut quilibet liberum habeat arbitrium suam mansionem cum ceteris quibuscunque rebus donandi ac tradendi cuicunque confratri voluerit. Hanc concessionem WILLIBERTUS Archiepiscopus a) in Synodo Colonienfi magna an. 873 habita disertis verbis confirmavit, additis pro more illorum temporum gravissimis imprecationibus, ac subscribentibus quamplurimis Episcopis b).

§. 5.

Salvis tamen manentibus reliquis juribus Archiepiscop. in Eccles. Colleg.

Datum hoc privilegium Clero nostro Colonienfi nihil immutavit quoad reliqua jura Episcopalia: salvum itaque mansit: 1) Jus admissioni Canonicorum juniorum factæ ultimam adponendi manum, eam sacrâ ordinatione perficiendo, & admissum stabiliter incar-

a) De hoc Archi-Præsule nostro nota sequentia: 1) eundem anno 869. fuisse electum in præsentia LUITBERTI Archiepiscopi Moguntini Tuitii auctoritate Ludovici Regis illuc destinati à Clero & primoribus Populi; 2) illum ab Archiepiscopo Moguntino mox fuisse consecratum sinè interventu Sedis apostolicæ.— 3) Eidem ab Adriano II. negatum fuisse Pallium, quia in fidei suæ paginæ *Decretalium Romanorum Pontificum secundum morem* non fecerit mentionem.— Nempe Nicolaus an. 865. Episcopus Germaniæ & Galliæ data Epistola imperavit falsarum Decretalium RR. PP. in Pseudo-Isidorianâ collectione contentarum receptionem, quas Willibertus suorum jurium Episcopalium defensor ceu novas non duxerat acceptandas. Vid. *P. I. Elem. nost.* §. 194. in Notis. Denique 4) corrige lapsum Gratiani & Correct. Rom. ac BOEHMERI in Corp. juris, qui *Can. 4. d. 100. Joanni VIII.* inscribunt, inscribendum *Adriano II.*, qui ad an. 872. mediæ Ecclesiæ romanæ præfuit.

b) Refert se hæc confirmatio ad concessionem præcedentem. Vid. *Documenta* sub N. II.

✠

incardinando Ecclesiæ a). II) Jus, ne ità incardinatus Ecclesiæ sine consensu Episcopali discederet b). III) Jus transferendi illos de Ecclesia collegiata ad Cathedralē c). IV) Jus illos in adiutorium adsumendi, qui diebus dominicis aut festivis verbum Dei prædicarent d). V) Suprema inspectio & cura, ne augeatur numerus ultra facultates collegiorum e). VI) Potestas dispensandi res ecclesiasticas atque jus erogandi de ærario Ecclesiæ in usus pauperum f), denique VII) salvâ totâ & integra steterit Episcopis potestas disponendi de parochialibus Ecclesiis g).

a) Collegia enim ista erant quasi Seminaria Clericorum, in quibus admissi in sacris Literis & Regula canonica erudiebantur, ut aliquando Ecclesiæ usui esse possent — digni ordinabantur, ordinatione denegatâ indignis & poterant & debebant dimitti, ne otiosus oblationes fidelium & pretium pauperum consumeret.

b) Ordinatione impetitâ collegio & ecclesiæ ita obligatus fuit receptus, ut monachorum instar stabilitatem loci profitendo constantissimè illi fuerit adfixus, nec invitus sine iudicio Episcopi dimitti, nec Ecclesiam deserere potuerit. *Conc. Valentinum Can. 5. 6. Conc. bisp. II. Can. 1.*

c) *Concilium emerit. Can. 2.* Etenim poterat Episcopus secundùm Canones Clericos aliis petentibus Episcopis concedere & abdicare, quanto facilius, æquiusque poterat ipsemet illos in suam principalem aut aliam quamecunque traducere?

d) Vide *Can. 25. Concilii Moguntini*, cui Hildebalduſ Metropolitā noster interfuit, cuius Canones manuscripti in Bibliotheca nostræ ecclesiæ Metropolitane asservantur.

e) *Conc. Mog. cit. Can. 21.:* „Præcipimus ut unusquisque Episcopus sciat, per singula monasteria, quantos quisque Abbas Canonicos in Monasterio suo habeant, & hoc omnino ambo pariter provideant, ut, si Monachi fieri voluerint, regulariter vivant: sin autem, canonicè vivant“.

f) *Conc. Mog. cit. Can. 2.:* Ut Episcopi potestatem habeant res ecclesiasticas providere regere, gubernare atque dispensare secundùm Canoniam autoritatem, volumus“. — Item *CAPIT. CAROLI M. Cap. 12.:* „Ut unicuique Episcoporum liceat de thesauro ecclesiæ pauperibus erogare ad nutrimentum secundùm Canones“.

g) Quoad parochiales Ecclesias in dato privilegio nihil immutatur, quod



§. 6.

Et quidem præcipud manente jure finaliter decidendi causas controversas cleri inferioris.

Denique VIII) translato licet in Collegia Canonicorum jure recipiendi Canonicos juniores, Episcopis & Archiepiscopis, eorumque Synodis salvum & illæsum stetit Jus causas Clericorum quas-cunque etiam criminales finaliter quoque dirimendi, sine ullo Romam Recursu a).

§. 7.

quod autem non est immutatum cur stare prohibeatur? porro jura Privilegiis concessa sunt planè singularia, in quibus plus non censetur concessum seu abdicatum, quam expressum.—Dein neque ratio, in qua se fundat concessio Episcopalis nempe: *Vita communis*, est applicabilis ad Ecclesias parochiales.—Unde etiam Ss. Canones Episcopis germaniæ jus hoc disertè conservarunt.—Ipsa regula Chrodegangi jus hoc Episcopis evidenter conservat: Cap. 78. *Ut sine auctoritate & consensu Episcoporum presbyteri in quibuslibet Ecclesiis non constituentur, nec inde expellantur, & si quis deinceps hoc facere tentaverit, synodali sententia distinctè feriatur.*—Ipsissimis verbis hanc legem iteravit Synodus Aquisgranensis habita anno 876. sub Ludovico Imperatore *Can. 9.: Ut sine auctoritate vel consensu Episcoporum presbyteri in quibuslibet Ecclesiis nec constituentur, nec expellantur.*—Concilium LATERANENSE I. an. 1123. *Can. 7.* ordinat: „Animarum cura sicut sanctis Canonibus constitutum est „in Episcopi judicio ac potestate permaneat: si quis verò contra hæc facere, „aut potestatem ad Episcopum pertinentem sibi vendicare præsumat, ab „Ecclesiæ liminibus arceatur“.—*Can. 18.: In parochialibus ecclesiis presbyteri per Episcopos constituentur.*

a) Hanc sententiam certissimam esse prætendo, non obstante Synodo Sardinensi, quæ tantopere ab iis, quorum interest, laudatur.—Etenim Synodus Nicæna Universalis can. 5. statuit: „De his, qui communionem privantur seu ex clero seu ex laico ordine ab Episcopis, per unamquamque „provinciam sententia regularis obtineat, ut hi, qui abjiciuntur, ab aliis „non recipiantur, requiratur autem, ne pusillanimitate aut contentione vel „alio quolibet episcopi vitio videatur à congregatione seclusus; ut hoc ergo „decentius inquiratur, bene placuit annis singulis per unamquamque pro- „vin-



„vinciam bis in anno concilia celebrari, ut communiter omnibus simul
 „episcopis congregatis discutiantur hujusmodi questiones“. Hujus Synodi
Sardicenfis anterioris ordinatio in Synodo magna aquisgranensi sub Lu-
 dovico pio praesentibus inter alios *Hildebaldo* Archiep. Col. *Walcano*
Leodiensi, *Meingardo Osnabrugensi*, *Gerfrido Monasteriensi* an. 816 ha-
 „bita in terminis est recepta can. 42. „De his, qui communione privan-
 „tur, seu ex clero seu ex laico ordine ab episcopis per unamquamque
 „provinciam sententia regularis obtineat, ut hi, qui abiciuntur, ab aliis
 „non recipiantur, requiratur autem ne pusillanimitate aut contentione vel
 „alio quolibet episcopi vitio videatur à congregatione seclusus; ut hoc ergo
 „decentius inquiratur, bene placuit, annis singulis per unamquamque pro-
 vinciam bis in anno concilia celebrari, ut communiter omnibus simul epis-
 copis provincia congregatis discutiantur hujusmodi questiones.„ Integra
 hujus Synodi nationalis germaniae verba retuli, ut pateat, quod Natio ger-
 manica nunquam receperit simpliciter canones *Sardicenfis* Concilii.—Vide sis
 porro *Petri de MARCA* solidam *Diff. de judiciis episcopalibus in Germania*
 & *Gallia &c.* nec non *Stephani BALUZII* Praef. praemissa *Dialogo Anto-*
nii Augustini de decreto Gratiani.—Addantur insuper duo monachi in hi-
 storia ecclesiastica versatissimi *Alex. NATALIS* *Ord. Praed. in hist. eccles.*
ad sec. IV. Diff. 28. & *P. RUPRECHT* *Servita in notis ad Lib. 2. de-*
cret. de judiciis, ubi ambo ceu certum tradunt, in ultimâ instantia quoad
 causas ecclesiasticas inferioris Cleri in vim *Concilii Sardicenfis* nullatenus pul-
 sari potuisse tribunalia Romana.—Hanc Disciplinam Germaniae evidenter con-
 firmant *Canones 58. 23 & 74. 86. 134.* ejusdem Synodi majoris *Aquisgra-*
nenfis.—Quid? quod in pacto *Callixtino* anno 1122 inter Imperatorem & Pa-
 pam concluso §. 1. Nationi nostrae sanctè promittit *Callixtus II. Papa: Ut at-*
que adeo causae contentiosae electionum Episcoporum Germaniae, metropoli-
tani & provincialium Consilio vel iudicio, quorum seniori parti & iudicio
assensum & auxilium praebet Imperator, dirimantur, quin Papae ullus re-
 servetur recursus; hæc est causa major: quis dubitet, in causis reliquis inferio-
 ribus nullum Romanam paruisse recursum?—Hanc disciplinam atque adeo con-
 servat adhuc celebre illud *Concordatum Germaniae* an. 1176. inter *Frid. I.*
 & *Alex. III.* *Magnae* conclusum: *Universi Clerici, qui sunt extra teuton-*
icum regnum, iudicio D. Papae Alexandri Successorumque ipsius & ro-
manae ecclesiae relinquuntur. In hoc *Concordato* quoad iudicia episcopo-
 rum in causis ecclesiasticis manifesto firmatur differentia clerum germaniae
 inter & *transalpinum*. Scilicet illo tempore suppositiis decretalibus *Isidorianis*

B

capit



§. 7.

*Jus hoc Ecclesiarum Colonienſium poſt vitam communem non ſolum conſervatum
fuit, ſed nova etiam incrementa cepit.*

Jus hoc ſpeciali privilegio Archiepiſcoporum Colonienſium clero
Eccleſiarum collegiatarum ex ſolo & unico motivo receptæ vitæ
communis datum, hæc diſſolutâ a), & mutatâ deinceps beneficio-
rum naturâ ac redditibus in ſingulos diviſos ſingulari œconomiâ
con-

cepit imponi orbi erudito, quo auctoritas Episcoporum cisalpinorum in-
tuitu cleri inferioris & cauſarum eccleſiaſticarum adhuc per plura ſecula
intemerata permanſit, & ſiquis ab Episcopo ſe gravatum exiſtimavit ad Con-
cilium provinciale poterat appellare, ubi majora vota Episcoporum (aut eo-
rum delegatorum) decidebant; quin appellatio trans alpes attendere-
tur — quoad Clerum transalpinum facilè tunc prædominabantur in Imperio ſpurix
decretales, ea propter Frid. I. Imp. omnes Clericos *extra teutonicum regnum*
judicio & diſpoſitioni eccleſiæ romanæ reliquit, hoc ipſo autem Clero ger-
maniæ manſit interdictum à Synodiſ ſuæ provinciæ provocare. Vid. Cl. Ho-
RIX in Obſ. ad Concord. germ. Obſ. 14.

a) Quæſtio: *An Collegia jure recellerint à Vitâ communi?* à plurimis
negativè deciditur, qui ad unum omnes lamenta ſua incipiunt à TRITHEMIO
Monacho in *Chron. Hirſaug.* ad an. 977. — Verùm æquius de hoc diſceſſu
judicium tuli in Diſſ. mea de *Concordatis germaniæ*, Treviris an. 1773. edi-
ta: „Quòd vitam communem vivere multorum non ſit convenientia, nec
„ſemper ad pacem collegiorum, hinc non eſſe vituperandos canonicos, qui
„contra regulam Chrodogangi à communi reſectorio tranſierunt ad œcono-
„miam ſeparatam“. — Quando autem præciſè hæc vita communis inter Ca-
nonicos univerſaliter deſierit, nemo determinare poteſt; in Eccleſia Colo-
nienſi collapſam hanc diſciplinam conqueritur CONRADUS Archiep. Colon.
1260. in Synodo provinciali Cap. 7. apud HARTZHEIM T. 3. CC. germ.
pag. 591. *Circa divinum officium, ait, negligentias & omiſſiones committi,
quæ exinde cauſantur potiſſimum, quod ſunt quædam eccleſiæ canonicorum
carentes dormitoriis, quædam habentes dormitoria, ſed eorum canonici
dormire in his LONGO TEMPORUM SPATIO diſſueverunt &c.* Longo itaque
tempore vita communis penitus ceſſaverat in Eccleſ. Colon. — Erravit igitur

consumendis non solum non fuit immutatum a), sed potius Archipræsules nostri novis ac majoribus beneficiis cumularunt, & illa imò contra invalescentes Seculo XII & XIII Reservationes papales & mandata de providendo in jure suo eligendi Canonicos manutenebant b); 2dò ut singulis Præbendarum suarum redditus conservarentur integri, iis contra decimas papales impositas assistebant c); 3tìò Collegiis integras Ecclesias parochiales cum decimis & redditibus annexis, aliaque bona quàmplurima incorporabant d), ex quo factum

P. PROBST in *Diss. de Turnaviis ecclesiarum germaniæ*, dum ex hac ipsa Synodo asserit §. 77. vitam communem Canonicorum in Collegiis Colonienfibus an. 1260. adhucdum perseverasse. In instaurandà itaque communi vitâ omnem collocaverat operam, sed absque effectu, ut colligitur ex Synodis Colon. mox subsequenter habitis an. 1272. & 1281. apud HARTZHEIM loc. cit. pag. 627. 659.

a) Hujus electionis communis vestigia an. 1220. in Eccles. Colon. usitata, videri possit in *Cap. 10. de arbitris*, ubi Capitulum Cunibertinum inra Coloniâ in casu electionis communis in discordia factâ compromisit in Engelbertum I. Archiep. Col. ceu arbitrum.

b) Mandata de providendo jam Seculo XII. ad Ecclesias colleg. Colon. directa testes sunt literæ INNOCENTII III. contra mandata de providendo anno 1205. ad Ecclesiam S. Gereonis datæ inter Documenta N. III. CONRADUS Archiep. prædictus anno 1260. in Synodo provinciali *Cap. XIII. de electionibus Capitulorum*: statuit, ne Ecclesiæ collegiatae ultra quaternarium numerum recipiant habentes mandata de providendo — efficaciter magis contra hæc collegiis providit SIFRIDUS Archiep. Colon. literis generalibus an. 1290. emanatis, quibus neminem posthac recipiendum fore, & receptiones factas nullas & irritas esse, declaravit. Vid. WÜRDTEIN *nova Subsidi. diplom. Tom. 4. pag. 73.*

c) FRIDERICUS Archiepiscopus noster in privilegiis Clero colon. an. 1372. datis promittit: *Si summus Pontifex decimas sibi dari vellet nos ad evitandum earum solutionem vobis auxilio & consilio assistemus.* — *Cod. Stat. colon. antiq. pag. 201.*

d) Ejusmodi incorporaciones Seculo XII. & XIII. factas esse magno numero, diplomata desunt, quorum varia retuli in Dissertationibus *de Parochiis*



factum, quòd jus hoc Canonicibus & Præbendis circumscriptum ad Ecclesias quoque parochiales incorporatas extenderetur a).

§. 8.

Prima Turni in Ecclesiis Colonienſibus initia.

Derſeverante penes Ecclesias Canonicorum Colon. poſt abjectam vitam communem jure eligendi novos ad Canonicatus & Præbendas vacantes Collegas ſuos, experientia docuit, ex electione communi perſonas plerumque adſumptas fuiſſe inidoneas, ob multitudinem & concursum nobilium & magnatum, atque Collegia gravem incurriſſe Potentum indignationem, ſi eorum preces non fuerant exaudita, ex quo non tantum graviffimæ inter eligentes diſcordiæ natae ſunt, ſed etiam Eccleſiæ ipſæ graviffima damna tam in perſonis, quàm rebus patiebantur b); ad quas indignationes & gravamina

rocbiis in Diœceſi colon. præcipuè in Ducatibus Juliae & Mentium &c. ed. Bonnæ 1781. Diſſ. de eo quod circa Decimas novales præcipuè in Diœceſi coloniënſi juſtum eſt. ed. Bonnæ 1782. — Reliqua adhuc inedita dabo in Diſſ. de Incorporatione & ſuppreſſione Præpoſturarum Dignitatum ac Beneficiorum tum ſimplicium tum curatorum in Diœceſi coloniënſi.

a) Omnia autem unionum diplomata volunt: Presbyteris ad Ecclesias parochiales incorporatas præſentatis congruam & competentem portionem, undè commodè ſuſtentari valeant, de redditibus & proventibus earundem eſſe aſſignandam, ità quod parochi hospitalitatem ſervare, cathedralium, jura episcopalia & cætera onera tam antiqua quàm nova quæcunq; occasione emergentia commodè valeant ſuſtinere. — Conf. Diplom. cit. hæc autem congrua & competens portio æſtimanda eſt non ex arbitrio collegiorum ſed pro varietate temporum ex judicio EPISCOPI, qui etiam ſecundum Reformationem Cæſaream in Archidiœceſi colon. 1549. ſub ADOLPHO publicatam, ex officio qualificatus eſt ad aſſignandam competentiam ex decimis & redditibus eccleſiarum.

b) Hæc ſunt ipſiſſimæ cauſæ, cur Capitulum S. Andreæ intra Coloniã an 1323. renovaverit turnum in ordinatione ſua antiqua relatã à ſoleriſſimo ſubſidiarum diplomaticorum collectore WÜRDTWEINIO Tom. 3. 1774. p. 62. ſeq.

namina penitus avertenda, Ecclesiæ Colonienses quamplurimæ introduxere modum conferendi Beneficia per TURNUM a), ut unusquisque Canonicorum, cum ordo ad eum pervenerit juxta senium & gradum introitus sui haberet preces, seu jus nominandi ad Præbendas per obitum vacantes, quem modum nominandi jure communi an. 1298 & 1311 à BONIFACIO VIII. & CLEMENTE V. laudatum b) HENRICUS Archiepiscopus Coloniensis an. 1311 & 1322 pro sua Dicecesi positive approbavit c).

§. 9.

*Jura Archiepiscoporum Colon. post abiectam vitam communem circa
Canonicatus & Præbendas.*

Ergone ARCHIEPISCOPI nostri COLONIENSES nihil omnino juris circa Canonicatus & Præbendas ecclesiarum collegiatarum Coloniensium vitam communi abdicatam retinere? & exercuerant imò nemine contradicente *jus primariorum Precum*, vi cujus unam sub exordium sui Regiminis nominabant personam habilem ad præbendam.

a) TURNUS hic, qui ab initio in Ecclesiis coloniensibus viguit FIXUS vocatur, eo quod unus post alterum ita nominet successive, ut posterior præ anteriori non audiat, nec respiciatur ad certum mensem & dies; TURNUS è contra ERRANS dicitur, qui ad certum restringitur tempus inter capitulares divisum, quo elapso expirat, ac stato tempore iterum recurrit.

b) Vid *Cap. ult. de Præb. in 6. & CLEM. 2. de jure patron.*

c) Testis est ordinatio turni in Ecclesia Archidiaconali *Ss. Cassii & Florentii* Bonnæ 1640. resuscitati. Vid. Documentum N. XI. quod ad confirmationem Turni fixi pro hac ecclesia ab HENRICO Archiep. in crastina Helena feria 5. post Assumptionem B. M. V. an. 1311, datam disertè se refert. Similiter ordinatio turni fixi antiqua S. Andreae Colon. facta 1322. à Cl. WÜRDTWEIN relata loc. cit. auctoritate HENRICI nostri confirmata legitur in crastino B. Laurentii Martyris ejusdem anni, ubi ait: *Præmissam ordinationem (turni fixi) pro bono & concordia perpetua fratrum seu canonicorum factam tenore præsentium approbamus & confirmamus &c.*



dam primò vacantem à Capitulo adsumendam a); 2dò nonnulla etiam Capitula admiserant plures, recognoscendo gratissima memoria donationes, beneficia, gratias, ac privilegia, quæ à suis Archiepiscopis impetrarunt b); 3tio reservata iis *privativè* manserant jura in corpore juris communis clausa nempe: in admittendis Beneficiorum resignationibus c), transferendis beneficiis de Ecclesia, cui minùs utiles erant ad aliam Ecclesiam d), exercendo jure devoluto si Capitula negligentiam admisissent e), demum 4tò honorabantur à Sede apostolica ob prædominantes hoc tempore Reservationes **INDULTIS** conferendi beneficia tum **MAJORA** tum **MINORA** f)

§. 10.

a) Evincitur hoc ex ex ordinatione turni S. Andreae Coloniae 1322. apud WÜRDWEIN loc. cit. ubi legitur: *Excipimus in hac ordinatione turni hos, pro quibus auctoritate Archiepiscoporum colonienſium ut recipiantur, preces primariæ dirigantur.*— Cl. MOSERUS docet in Tract. von der Landeshoheit im Geistlichen 1773. pag. 283.: Der Churfürst zu Köln hat das Recht primariarum Precum aber Kraft eines Indults Kaiser Albrechts I. von 1298.— Quousque hæc doctrina subsistat Part. III. examinabo.

b) Testes sunt Literæ executoriales WICHOLDI Archiep. colon. de anno 1301. apud WÜRDWEIN loc. cit. pag. 68. ad Capitulum S. Cuniberti intra Coloniam directæ, in quibus precum Executores nominantur **DECANUS** Ecclesiæ *Ss. Apostolorum* & **DECANUS** S. LUPi in Colonia, ubi ait: *Cum nos alias de consensu dilectorum in Christo Decani & Capituli ecclesiæ S. Cuniberti Colon. quasdam personas ad Canonicatus & præbendas nominavimus &c.*

c) Cap. 4. de renunciatione.

d) Cap. 5. de rerum permut.

e) Cap. 2. de concess. præb. & ecclesiæ non vacantis— ubi etiam deciditur: *si Episcopi Suffraganei sint negligentes, Metropolitanus de ipsis secundum Deum absque contradictione disponat.*

f) Testes sunt chartæ INNOCENTII IV. Pontificis de an. 1248 **CONRADO** Archiepiscopo Colon. datæ apud LUNIG *Spicil. eccles. contin. 1. p. 253. seq.* quibus Legatus Sedis apostolicæ per universam germaniam constituitur.

§. IO.

*Mutatio facta Seculo XV. per Concordata Germania, absque præjudicio
tamen Turni existentis.*

Seculo XV. quo alia Nationes onera reservationum Papalium ditius ferre non poterant, Episcopi quoque Germaniæ omnem in restituendis sibi suisque Ecclesiis nativis suis juribus præcipuè in tollendis reservationibus collocârunt operam; quare inter alia decretum in Concilio Basileensi Sess. 23. *de tollendis Reservationibus* conditum an. 1439. paucis exceptis acceptârunt accedente 1447. consensu Papæ EUGENII IV., quo sanè Ecclesiarum collegiatarum Germaniæ conditio facta fuisset melior, nisi denuo in Concordatis Aschaffenburgensibus an. 1448. conclusis placuisset paciscentibus *alternativa mensium*, sex mensibus Sedi apostolicæ concessis, sex aliis verò relictis Germaniæ Collatoribus ordinariis a), in quod quidem pactum Aschaffenburgense THEODORICUS noster Archiepiscopus Colon. ut ab initio consentiret, induci non potuit, sed potius hujus pacti publicationem pro suâ Dicecesi ad undecim usque annos suspendit, urgens inter alia penes Sedem apostolicam, ut tolleretur *alternativa pro suâ Dicecesi b)*, quæ petitio cùm optatum non habuisset

stituitur, daturque illi potestas conferendi auctoritate apostolicâ *Comiti de Friburg* Capellano Papæ aliquem episcopatum totius Alemanniæ, quàm cito ad id se facultas obtulerit &c. — Porro solebant Summi Pontifices regulis Cancellariæ reservatoriis seculo XIV. invalescentibus Episcopos ceu ordinarios residentes (quibus alias paucissimæ numero præbendæ per obitum vacabant) honorare hujusmodi indultis, ut hos experirentur reservationum suarum aliorumque jurium arrogatorum propitios contradictores. *Vid. Reg. 9. Cancellaria de octo mensibus* apud RIGANTIUM loc. cit.

a) Hujus rei historiam fusiùs explicatam vide in Diss. nostra *ad Concordata Germaniæ* Treviris 1773 edita recusa in fasciculo III. ad concordata Germaniæ Part. I. adde reliquos ad Concordata Germaniæ scriptores in *Thef. jur. eccl. germ. Tom. I.*

b) Vide Documentum sub Num IV. in quo THEODORICUS noster *jurium*



buisset effectum, Archiepiscopus noster concessione sex mensium papalium pro omnibus suis Ecclesiis sibi suæque Sedi facta contentis tandem 1461. iussit publicari Concordata Aschaffenburgensia a). Salvâ interim manente Capitulis Colonienfibus alternativâ, nec non jure turni aliâs recepti b).

§. II.

Seculo XV. in ecclesiis Colon. reassumptus modus eligendi.

Quando EUGENIUS Papa IV. an. 1437 Universitati Colonienfi agens ex plenitudine potestatis incorporaverat ex singulis ecclesiis colonienfibus canonicatum & præbendam, (quam gratiam apostolicam

jurium suorum ordinariorum nativorum acerrimus vindex omnes dignitates & beneficia ecclesiarum collegiatarum sub ditione & dominio suæ ecclesie constitutarum in quocunque mense vacaverint sibi restituenda urgebat, eo quod de jure communi institutio beneficiorum pertinere debuerit ad Episcopum & non ad capitula, atque Archiepiscopi Colonienfes omnia Collegia Canonicorum in Dominio Colonienfi construxissent & fundassent &c.

a) Quando in Parte I. elementorum meorum 1778 divulgata edideram pag. 234. Concordata Aschaffenburgensia ex ORIGINALI secundùm quod illa an. 1461 demum in Diœcesi Colonienfi fuerant publicata, fateor, me hujus promulgationis in nostra ecclesia adeo nimis protractæ causam veram ignorasse, donec allegatas THEODORICI nostri literas ad PIVM II. detas, de quarum fide dubitare non possum, habendi gratia mihi fuisset facta, quæ totum aperiebatur mysterium; interim literas has integras utpote extensas nimis communicare non potui, ne paginæ istæ plus justo excreverent, quanquam plura iis concordatorum Aschaffenburgensium contineantur capita V. g. jus confirmandi episcopos suffraganeos, jura exemptionum religiosorum &c. quæ pro sua diœcesi abroganda institerat. De quibus alibi—

b) Nec Summo Pontifici pacificanti, nec Archiepiscopis & Episcopis Germaniæ hoc tempore inciderat modum conferendi canonicatus per *turnum* Capitulis disputare, quin potiùs MARTINUS V. Papa in concordatis quinquennialibus a. 1418 cum Germania conclusis *TURNUM* eundem approbaverit in Verbis: *nec computentur* (beneficia reservata) *in turno seu vice eorum* &c. Vid. HARTHEIM Cc. Germ. T. 5. à p. 27. seq.

licam *secundam* vocant, quia supponit aliam similem *primam* gratiam auctoritate BONIFACII IX. an. 1394 sibi factam) dato quoque jure nominandi universitatis prædictæ provisoribus, capitula reclamant, non quidem contra objectum substantiale Bullæ, sed contra jus conferendi sibi ablatum, & Provisoribus Universitatis laicis datum, quorum qualitas laicalis in Bulla non fuerat expressa; quare NICOLAUS V. Papa an. 1453 restituit Decanis, Abbatissis & Capitulis jus eligendi, sed non nisi graduatum & qualificatum in Universitate secundum LITERAS EUGENIANAS a); ex quo factum esse verosimilius augetur in Ecclesiis Colonienfibus TURNUM FIXUM antehac existentem denuo disparuisse, ac modum eligendi communem fuisse reassumptum b).

§. 12.


Seculo XVI reassumptus in Eccles. Colon. Turnus, generaliter tamen auctoritate Archiepiscopali & Papali Seculo XVII ineunte abolitus.

Eædem omnino causæ, quibus Capitula Ecclesiarum collegiatarum Colonienfium ante Concordata movebantur, ut ad Canonica-tus vacantes nominarent singuli per *Turnum fixum* (§. 8.) hortabantur Capitula, ut Seculo XVI post Concordata 1507. & 1596. reassumerent modum præsentandi per Turnum, non quidem fixum amplius, sed errantem (§. 8. in notis) c) quin tamen diu hic steterit

a) Vide hanc in rem Bullas Papales in statutis Universitatis Colonienfis à pag. *Mibi* 78. usque 98.

b) Etenim restituto jure hoc conferendi præbendas secundæ gratiæ CAPITULIS non audebant hæc conferre seorsim per *turnum fixum*, ne forsitan se exponerent periculo nullitatis; porro mutata juris conferendi disciplina in Concordatis Germaniæ turbaverat quoque Capitulum conferendi modum per turnum. (Vid. §. seq.)

c) Vid. Documenta sub N. V. & VI. adjuncta: *Ut nempe evitarent similitates, odia, aliæque incommoda, nec non offensiones Principum quæ ecclesiasticorum quæ secularium, qui in vacationis casu suas interponerent literas & preces minaces.*



terit pacificus, sed annis 1606. & 1607. generaliter tum auctoritate Archiepiscopi ERNESTI, & FERDINANDI, tum Coadjutoris electi, tum potestate Papæ PAULI V. prorsus fuit abolicus a).

§. 13.

Resuscitatus tamen postea in pluribus Ecclesiis & auctoritate etiam Archiep. firmatus.

Verùm hæc abrogatio Turni etsi facta auctoritate Papali & Archiepiscopali non fuit univèrsim suum sortita effectum; sed potius in prædictis Ecclesiis B. M. V. ad Gradus & S. Andreæ intra Coloniam in hodiernum usque perseveravit diem, aliisque postea in Ecclesiis c. g. S. Georgii b), S. Cuniberti Coloniae c), (Ss. Cassii & Florentii Bonnæ) d) S. Severini Coloniae e) Turnus errans reassumptus, atque auctoritate Archiepiscopali JOSEPHI CLEMENTIS quoque confirmatus fuit f); imo FERDINANDUS Archiep. Colon. qui an. 1607. in abrogationem Turnorum ceu Coadjutor generaliter consenserat (§. præc.) in Ecclesia collegiata Nobilium *Villicensi* prope Bonnam *Turnum fixum* quoad Præbendas Canonistarum 1618. die 6tâ Novembris stabilivit g).

§. 14.

a) Vid. Documenta sub N. VII. & VIII. — rationes utriusque legislatoris erant sequentes: 1) *Quoddam sæpe privato unius turnarii minus discretio judicio pævi minus quandoque male educati, nullâ doctrinæ, virtutum, ætatis aut meritorum consideratione habitâ, ex profano consanguinitatis, munerum & illicitarum factionum respectu assumerentur.*

b) Vid. Document. adj. N. IX.

c) Docum. adj. N. X.

d) Docum. adj. N. XI.

e) Docum. N. XII.

f) Docum. N. XIII.

g) Ordinatio hujus turni sequens est: alß oft eine Præbend sive per obitum sive viam resignationis sive privationis oder anderer gestalt erles digt



§. 14.


His non obstantibus Archiepiscopi Colonienſes ſunt & manent Collatores ordinarii ſuperiores.

Quantquam autem Archi-Præſules noſtri Colonienſes GUNTHARIUS & WILLIBERTUS conceſſerint ſpeciali privilegio Clero Eccleſiarum collegiatarum durante vita communi jus recipiendi Canonicos in locum decedentium (§. 4.) atque eorum Succellores vitâ communi diſſolutâ reliquerint illud integrum; (§. 7.) imò Capitula Eccleſiarum collegiatarum in Concordatis Germaniæ Alſchaffenburgenſibus (§. 9.) conceſſâ menſium alternativa declarentur *Collatores ordinarii inferiores* inde tamen juri collativo Archiepiſcopis Noſtris Colonienſibus competenti nullum interri potuit præjudicium, quominus jure quodam Eminentiori ſint & manent **COLLATORES ORDINARII SUPERIORES a).**

PARS II.


diget, iſt es einer Canoniffen Præbend, ſoll darzu per turnum ſive ordinem von der ältiſten Capitulär Canoniffin an und allſofort graduatim biß auf die jüngſte Capitulär eine taugliche Perſon in capitulo nominirt und angenommen werden, und daß inwendig 12 wochen à die notæ vacationis, und wann der turnus nominandi biß auf die jüngſte Capitulär umgeloffen, ſoll derſelb von der Abtiſſin wiederum anfangen; iſt aber ſoſthane nominirte im Geſchlecht, oder ſonſten jedoch unweiſſend der turnariæ untauglich, ſolle allsdenn die turnaria noch 12 andere Wochen haben eine andere zu nominiren, wofern ſie allsdann nochmals eine untaugliche nominiren würde, ſoll das jus nominandi zu der nächſten in ordine für dasmal und allſo fortan gradatim & ſucceſſivè devolviren, um gleichfalls in 12 wochen à die notitiæ eine andere taugliche zu nominiren. — Atque hæc de hiſtoria turni in eccleſiis colonienſibus introducta dicta ſatis ſunto.

a) Neque capitula *jus hoc ordinarium* Eminentiffimis ſuis electoribus audebunt diſputare, utpote quæ jus ſuum, quod habent; circa collationes beneficiorum unicè ſuis EMINENTISSIMIS ceu fonti omnis poteſtatis beneficiæ referre debent in acceptis; — Ex hoc capite THEODORICUS



PARS II.

MODUM & EXERCITIUM TURNI IN ECCLESIIS COLON. EXHIBENS.



§. 15.

Ecclesia Collegiata Statuta condere possunt.

Delata juris collativi Ecclesiarum collegiatarum Coloniensium, nec non Turni introducti, abrogati, ac iterum reassumpti historia, ad exercitium Turni, & quæstiones circa illum practicas transitum facio; præliminariter autem hic veluti certum suppono: *Capitula Ecclesiarum collegiatarum condere Statuta posse*, dummodo nihil agant

iii

Archiep. Colon. tempore concordatorum (§IX.) contradixerat alternativæ capitulis concessæ, sibi que pro ecclesiis suarum ditionum jus collationum omne restituendum petierat, quia ad Episcopos de jure communi pertineret collatio omnium beneficiorum, quæ causa in suis ecclesiis foret magis urgens, quas fere omnes dotassent bonis & beneficiis. — Nec huic ordinario juri obstat indultum quinquennale Archiepiscopis nostris à summo Pontifice concedi solitum, quia disertissimis verbis dicit indultum: *quod auctoritate ordinariâ conferre queant beneficia in alternis mensibus vacantia, perinde ac si nunquam reservationes, aut concordata quovis modo contra illos emanassent*: Indultum itaque est resuscitativum juris ordinarii, eminentioris, & primarii ac nativi, quod Episcopali Potestati annexum esse censetur, atque Episcopi (§. I.) satis diu exercuere. — Ingentes hæc animadversio habet juris effectus, quorum nonnullos dedi in *Exercitio Juridico* Bonnæ 1783 habito. cui titulus: *Jura Eminentissimorum trium Archiepiscoporum Electorum Imperii vindicata ex indulto quinquennali, ad quod in præsens brevitas causâ refero*.

in præjudicium Episcopi a), & cetera de jure requisita observent b).

§. 16.

Inde etiam erigere & abrogare possunt Triannum voto tamen unanimi.

Dato Ecclesiis collegiatis jure statuendi (§. præc.) sequitur: Ecclesiarum collegiatarum Capitula etiam sine consensu Papæ & Epis-

a) Jus hoc ceu essentiale omnibus Collegiis competere jam observavi in *P. I. Elem. meorum tit. de statutis ecclesiarum Colleg. pag. 229* non obstante *Cap. 9. de consuetudine* ubi HONORIUS III. 1221 Parisiensi Capitulo rescripsit: *Cum plerumque discordiam pariant novitates, auctori étate vobis presentium inbibemus, ne absque episcopi vestri consensu immutetis ecclesie vestre constitutiones approbatas, vel novas etiam inducatis; siquas forte fecistis, irritas declarantes* — Hic textus, prout jacet, juri statuendi capitulorum obitare videtur; verum explicandus est ex fonte seu epistola decretali integra, quæ extat in *collatione antiqua §. cap. 1. de consuet.* ubi pro verbis à Raymundo in corpore juris relatis, siquas fecistis irritas declarantes; legitur: *irritas decernentes* (novas constitutiones) *siquas fortè fecistis in ipsius EPISCOPI PRÆJUDICIUM*: ex quo omnis difficultas disparet. — Sed neque Ss. Canonibus nova statuta aut consuetudines adversari oportet, aliàs *corruptelæ* sunt; multas ejusmodi consuetudines & statuta propterea reprobat jus nostrum tum commune, tum *Coloniense*. — Signanter constitutiones Emmi Cardinalis BRANDA sub THEODORICO Archiepiscopo Coloniensi an. 1423 promulgata & acceptata, quantum Originale in Archivio nostro Electorali asservatur: *Ceu corruptelam & Ss. Canonibus expressè prohibitam damnant §. 26. consuetudinem sive statutum, quibus recipiendi ad possessionem canonicatus & præbendæ, dignitatis, officii, beneficii &c. solvere adstringuntur ipsis de capitulo aut singulis Canonicis seu Prælatiis ad utilitatem ipsorum privatam certam pecuniæ quantitatem.*

b) De requisitis etiam egi *loc. cit.* — Porro desuper conferre neminem penitebit elegantissimas Dissertationes Matthiæ de LOUVREZ Leodii 1729 editas: *de origine, electione, officio & juribus Præpositorum, Decanorum & Canonicorum collegiatarum ecclesiarum.* Requisitum principale est, ut consensus singulorum accedat, si negotium tangat singulos juxta *reg. J. in 6. 29.*



Episcoporum a) contra modum eligendi ad Præbendas vacantes, erigere posse Turnum, & hoc demum abrogato, regredi ad modum electionis, dummodo rmd servatis requisitis ceteris accesserit *unanimis* omnium Capitulorum consensus b), atque add in erectione Turni statuatur nihil adversi juribus episcopalibus (§. præc.).

§. 17.

a) Etenim ecclesiæ collegiatæ utuntur jure suo, clauso in corpore juris *Clem. 2. de jure patron. ubi dicitur: ut facilius provideatur ecclesiis non reputamus, patronos ipsos inter se posse liberè convenire de rectore ab eis alternis vicibus præsentando.* Itaque docet de LOUVREZ *loc. cit. pag. 275. in turni devisione non requiritur Superioris auctoritas &c.* — Abusibus, quos *Archiepiscopus Colon. ERNESTUS* ex usu turni timuit (Documento N. VII.) Ss. Canones efficaciter satis pridem iverunt obviam. Interim non diffitemur, Episcopis jus esse inspiciendi omnia ecclesiarum statuta etiam Turni, ad videndum, utrum nihil noxii suis juribus & Ss. canonibus contineant.

b) Sive sit quæstio de introducendo, sive abolendo turno, semper agitur *de jure singulorum*, priori enim casu jus *singulis* competens concurrendi semper ad electiones omnium & singularum præbendarum vacantium adimitur & in singulos reliquis exclusis dividitur — In casu posteriori jus nominandi *singulis privativè*, reliquis exclusis, datum adimitur atque alii admittuntur semper in consortium juris eligendi. — Huic etiam doctrinæ consonat praxis turnorum, etenim in ordinatione *antiqua* turni S. Andree intra Coloniam de an. 1322 dicitur: *Vocatis omnibus Canonis, qui potuerunt, debuerunt, ac voluerunt interesse, concorditer & unanimiter decrevimus* Cl. WORDTWEIN T. 3. p. 63. — Ordinatio turni B. M. V. ad Gradus Colonix ait: *pro majori robore statuti turni juramentis propriis tam capitulaviter quam singulariter præstitis promissimus.* Docum. N. V. — Ordinatio turni *nova* S. ANDREÆ sub Adj. N. VI. ait: *Volentes de omnium nostrum unanimi consensu & expressâ voluntate ordinavimus &c.* — Statutum turni S. GEORGII M. VII. habet: *vocatis ad hoc vocandis, qui debuerunt, voluerunt ac potuerunt interesse . . . UNANIMI voto, concordique consensu ordinavimus &c.* — Erectio turni S. CUNIBERTI N. X. similiter ait, *vocatis ad hoc omnibus vocandis . . . UNANIMI voto &*

§. 17.

Singularis Exceptio in Ecclesia Regali Aquisgranensi.


Contra hæc juris principia & praxin aliàs uniformem die 20mâ Junii 1710. in Ecclesia Regali B. M. V. Aquisgranensi ad averrenda dissidia, factiones scissuras ex collegiali electione Canonicorum natas & declinandas potentiorum preces & offensas à *majori & juniori parte* substitutus fuit Turnus, eodem anno à Nuncio Coloniensi & anno 1711. à CLEMENTE Papa XI. confirmatus a); Cui dein die 19nâ Septembris 1776. communi Capituli consensu, reliquis contradicentibus abolito, surrogata rursus fuit collegialis electio b), confirmante hoc factum commune Papa Pio VI. in Bulla Turni abrogatoria 1778. emanata c), atque causa ad iudicium

& concordi omnium consensu introductum fuit — In exteris quoque ecclesiis turnus non aliter natus est, quàm votis omnium & singulorum e. g. in ordinatione turni (*fixi*) in ecclesia S. CASTORIS Confluentiæ adhuc inedita dicitur: *unanimiter & votis omnium fuisse erectam* — Turnus ecclesiæ B. M. V. ad gradus Moguntiæ 1337 erectus fuit *omnibus & singulis concordantibus pari consensu & unanimi voluntate* — Paucis: vix ulla est ordinatio turni, quæ non sit erecta votis omnium & singulorum. Conf. WÜDTWEIN *Subsid. Diplom. Tom. 1. 3. & 4.*

a) Literæ confirmatoriæ turni tum Nuncii tum Pontificis sunt adhuc ineditæ. — Cur autem vicit *per majora* Turnus contra notoria principia juris? R. pars minor non contradixerat *judicialiter* & sic renunciatione tacità juris sibi quæsitæ consenserat in existentiam turni.

b) In concluso Capitulari abolitivo turni dicitur: *quod credant, turnum regali huic Ecclesiæ omnino esse nocivum, destituere Ecclesiam protectione principum & ex institutione turni aliquas modo fuisse exortas lites &c.* quæ ipsæ causæ moverant Capitulares Antecessores & Papam ad turnum introducendum & confirmandum.

c) In literis abrogatoriis ait Papa: *se supplere omnem defectum substantialem imo substantialissimum — non obstantibus Regulâ Cancellariæ: de jure quæsitæ non tollendo, aliisque Constitutionibus etiam in Synodalibus, Provincialibus, GENERALIBUS & universalibus Conciliis, editis vel edendis.*



cium imperiale aulicum deducta, contra Turnum iudicatum fuit a).

§. 18.

dis. — Similes Clausulas omnipotentes in ore habet Bulla papalis turni introductoria, quin tamen conservassent turni stabilitatem. — Has autem Clausulas à Germanis nec attendi posse, nec debere, demonstravi jam in Diss. mea de jure quaesito non tollendo, Bonnæ edita. — Etiam in Fasciculo Gravaminum, quem tres Eminentissimi Archiepiscopi Electores Imperii anno 1769. die 13. Decembris per tres Commissarios hunc in finem specialiter datos Confluentie erigi curarunt, extantem in LE BRET Magazin zum Gebrauch der Staaten, T. 8. Augustissimo Imperatori exhibito Gravamine XIII. has Clausulas derogatorias omittendas deinceps postulatum fuit, sacram Cæsaream Majestatem his Gravaminibus sibi nomine trium Eminentissimorum Electorum Imperii exhibitis respondisse, refert citatus Author: Nachdem diese Schrift Kaiserlicher Majestät vorgelegt worden, ward den Herren Erzbischöffen zur Antwort: K. Majestät könnten sich zur Zeit in diese Beschwerden nicht mengen, sie ertheilten den Herren Erzbischöffen demnach zum Rath, daß sich ein jeder mit denen ihn betreffenden Beschwerden für sich unmittelsbar an den Pabst wenden mögten. — Verùm non ad Pontificem remittit Augustissimus Imperator Authores Gravaminum, sed potius declaravit: *singulis, si sese gravatos ab Aulâ Romanâ crederent, in casibus particularibus parere Recursum ad Imperatorem, atque ab hoc omnem manutentioniam expectari posse.* Idque factum esse 1770. die 4tâ Octobris literis Vindobonâ datis compertum habeo; insignem hunc errorem Cl. LE BRET, non potui, quin emendarem. Digna etiam hæc vox est S. Cæsareæ Majestate, utpote cui notum erat omnia hæc Gravamina ceu juxta Legibus Imperii esse consona.

a) Modus itaque eligendi restitutus per majora triumphavit contra Turnum in Resolutione Cæsareâ 1781. emanata; in quo autem juris principio sese fundaverat Celsissimum Judicium imperiale aulicum? R. in Reg. J. 35. ff. *nihil tam naturale est, quàm eo genere quidve dissolvere, quo colligatum est;* cum itaque Turnus suum esse receperat à majori & saniori parte, votis quoque majoribus in nihilum abire potuit. Porro vitium in primâ constitutione Turni deprehendebatur, facilius itaque modus regularis & ordinarius conferendi communiter potuit redire. Quodsi autem Turni existentia introducta sit per unanimia, nec aliter quàm voto unanimi aboleri potest.

§. 18.

Quinam gaudeant jure Turni?

Si Turnus suos legitimos habeat natales, singulis est jus quæsitum nominandi ad præbendas in Turno suo vacantes, dummodo sint qualificati, votumque & sessionem habuerint in Capitulo a), unde quia imò Præpositi Ecclesiarum, ubi adhuc existunt, à Capitulo separati actibus capitularibus non interfunt b), patet, illos quoque jus Turni participare non posse; econtra cùm 2dò DECANI sint CAPUT & Os Capituli, nullus dubito, illos necessariò & quidem præcisè RATIONE DIGNITATIS ad Turni exercitium vocandos esse c).

§. 19.

a) Principium hoc generale est *naturale & æquissimum*, Turnus enim jus est toti Collegio proprium olim collegiali electione exercitum nunc legitimè in singulos divisum; omnis itaque vocandus ad electionem communem, vocari etiam debet ad turnum, ne non vocatis detur causa agendi *ex contemptu*; unde in omnibus ordinationibus turnorum in documentis adjunctis canonizatum reperies hoc principium.

b) In omnibus ecclesiis, ubi præpositi adhuc existunt, nihil ferè commune habent amplius cum capitulo, nec actibus capitularibus interfunt, unicam si excipias ordinationem turni S. Severiniani in verbis: *moderni PRÆPOSITUS & DECANUS ultrà Prælativas Canonicatum & Præbendam aliam obtinentes in qualitate & ordine Canonicorum, SUCCESSORES verò eorundem RATIONE DIGNITATIS, & si simul Canonici fuerint, etiam ratione Canonicatus... gaudeant jure Turni.*

c) Disputatur in praxi: *utrum Decanus non præbendatus debeat habere jus Turni?* Respondeo: *in thesi* ponendum esse Decanum in tabula turnariorum, etsi non fuerit præbendatus; ratio est: quia Decanus quæ talis convocat Capitula, iis præsidet, atque dirigit, itaque etiam gaudet & gaudere debet jure communi eligendi, aut hoc in singulos divisò, jure singulari adinstar aliorum turnariorum — Ordinationem Emmi Cardinalis BRANDA à THEODORICO Archiepiscopo Colon. receptam, quæ præsentis quæstionis (§. 5.) planè est decisiva, huc transcribo: *Abusum illum in*
D
quibus-



§. 19.

Continuatio.

Porro in prima annali residentia existentes nondum absoluti, Canonici

quibuscunque vigentem Ecclesiis, quod Decani non præbendati actibus capitularibus nequeunt interesse penitus tollimus & reprobamus; monstruosum enim esse videtur, ut, qui caput est Capituli, censeri de Capitulo non debeat, & præsertim cum literæ & alia ad Ecclesiam pertinentia Decano & Capitulo communiter dirigantur, expedit etiam, ut tractatus capituli semper intersint, ut siquid ibidem indebitè aut contra utilitatem ecclesiæ fiat, tanquam caput possit prohibere. Ideo statuimus ut in omnibus actibus & tractatibus Capitulorum deinceps Decanus tanquam caput intersit, NEC NON VOCE & CAPITULARIBUS EMOLUMENTIS SICUT CÆTERI CANONICI GAUDERE DEBEAT. alioquin quidquid ibidem sit vel ordinatur, nullius decernimus esse roboris vel momenti. — Interim praxis non est uniformis: — sunt capitula, in quibus requiritur in Decano ad usum turni qualitas Canonialis, uti S. ANDRÆE sub N. VI. si in perceptione fructuum præbendæ fuerit — S. GEORGII sub N. IX. dummodo Decanus Canonicus sit, & fructus præbendæ deserviat. — Sunt è contra ecclesiæ in quibus sufficit sola qualitas dignitatis uti S. SEVERINI N. XII. vid. supra. — In Archidiaconali BONNENSI N. XI. ubi Decaniæ Canonicatus perpetuo incorporatus existit, solummodo cavetur, si Decanus ante vel post adeptam dignitatem habuerit Canonicatum uno tantum turno contentus sit. Ordinationes aliarum ecclesiarum nec qualitatem Canonicalem requirunt, nec excludunt. — Quo casu audiendus est Decanus etiam non Canonicus ex prælaudatis motivis — Authoritatem INNOCENTII IV. ad cap. 2. de Instit. ad quam disertè provocat Ordinatio turni Gregoriana requirens qualitatem Canonicalem in Decanis non curo. — Tum, quia hicæpe in suis glossis ad decretales lapsus est, tum etiam, quia tantum docet: Clericos, qui præbendantur in ecclesiis, si non habent ibi jus Canonicatum nullo modo ad electionem vel ad alia canonica facta Capituli vocari debent. — Ex quo evidens est, INNOCENTIUM non intellexisse Decanos Prælatos, qui omnibus actibus capitularibus ex officio interesse debent — Loquitur itaque tantum de Clericis Monachis & Vicariis in aliqua ecclesia præbendis, quin sint ex numero Canonicorum.



nonici Capitulares non residentes a), excommunicati, suspensi, & interdicti non utuntur jure turni b); si quis verò in proprio suo turno

a) Ex principio (§. 18.) relato, quia votum & sessionem in capitulo non habent, si tamen absentes fuerint ex causis jure communi probatis, uti Canonici Indultarii gaudent jure turni. Vid. Ordinatio turnorum in docum. adjunctis. Verùm: quid in casu, si quis completâ annali Residentiâ in ipso Capitulo generali, in quo renovatur & publicatur Tabula Turnariorum à Residentia annali absolvendus sit, num jus habeat, ut inscribatur Matriculæ Turni? R. Affirmativè: quia absolutus in eodem Capitulo generali mox possit, vellet, & deberet interesse omnibus actibus capitularibus illis, quibus electione communi conferuntur Beneficia vacantia, jus autem Turni est ipsum jus commune eligendi divisum in singulos—Inde vincere debet principium: qui habet jus interessendi communi electioni, etiam jus habet ut immatriculetur albo Turnariorum — Clara est desuper Dispositio Turni Ecclesiæ B. M. V. ad Gradus Colonix N. V. tempore expectantiæ Canoniorum lapsa & ipsis ad Capitulum & perceptionem Capitularium admittis Turnum suum ut alii Canonici qualificati habeant—Iniquitatem autem quærunt in verbis, qui dicunt: Jure Turni gaudet tantum absolutus à Residentia, qualis non est is, qui publicato hodie in Capitulo generali Turno, in crastino demum absolvitur & redditur Capitularis—Sensus enim Ordinationum Turni non est alius, quàm quòd tempore erigendi Turni in Capitulo generali debeat esse absolutus à Residentia, quod verum est sive ante absolutionem mox peragendam, sive post peractam in eodem Capitulo erigatur Turnus—Porro satis durum est Canonico neo-provisio carere per omnes annos carentiæ & annum Residentiæ strictæ Statuto quidem & consuetudine probatos jure Turni; novo autem anno integro, in quo reliquis omnibus utitur Capitularium jure, non est spoliandus jure Turni.

b) An, qui non ex potestate clavium suspensus est à capitulo sed mere disciplinarily per suum Decanum, eo modo, quo etiam Abbatissa Clericos suos suspendere potest, Cap. 12. de maj. amittat etiam jus turni? R. aff. quia suspensus à Capitulo nequit ad ullum actum Capitularium concurrere.—Nec refert, quod Canonicus suspensus forte appellaverit, nam in correctoriis & disciplinariis appellatio non habet effectum suspensivum, nec impedit executionem.—Quodsi tamen intra fatale exercitio

turno obierit, aut inhabilis reddatur, redibit in hoc casu electio communis a), nisi aliud in ordinatione turni cautum fuerit b).

§. 20.

Præsentandi sunt habiles intra terminum præfixum.

Præbendâ actu tempore durantis turni per obitum vacante, aperitur turnario jus præsentandi Capitulo c) personam secundum jus

COVII.

citio turni præfixum fidem fecerit capitulo suæ absolutionis, absolutum currente adhuc fatali audiendum esse, si præsentaverit, existimo. — Inde hac in re æquissima est ordinatio turni Ss. Cassii & Florentii N. XI. *siquis in album turnariorum relatus tempore turni sui notoriè excommunicatus, declaratus, aut aliàs de jure ad nominandum inhabilis manifestè existat, ac in eodem turno suo præbenda vacaverit, infra quinque verò menses de absolutione & rehabilitatione in Capitulo legitimè non docuerit, Collationem ad Decanum & Capitulum pertinere statutum fuit.*

a) Prælaudata ordinatio turni Art. XII. suffragatur: *siquis in ipso suo turno durante è vivis excedat, in iis casibus firmus quidem erit, & immutabilis turni semel constituti ordo . . & præbendam vacantium libera collatio & proviso, Decano & Capitulo reservabitur & cedet*

b) Turnus S. ANDRÆ N. VI. ordinat: *si turnarius ipse in suo turno decesserit, tunc sequens post illum ad vacantes præbendas nominabit, & iste dies pro prima Canonici sequentis die computabitur, & turnus eo casu statim mutabitur & ad sequentes in ordine de novo accommodabitur.* — Similiter disponit ordinatio S. GEORGI N. IX.: *siquis in ipsius sibi adscriptis diebus moreretur, proximior in ordine ad vacantem præbendam tunc nominabit & præsentabit &c.* — Similiter sonat turnus CUNIBERTI N. X.: *siquem intra ipsos suos dies mori contingat, ex tunc proximè in ordine sequens denominationem habebit & præsentabit.* — Ipsissimis verbis ita disponitur in erectione turni SAN-SEVERINIANI N. XII.

c) Turnarius uti debet *presentatione*, non *collatione*, etenim literæ in forma *Collationis* expeditæ non audent subire conspectum capituli, quia ex ordinationibus turni adjunctis soli capitulo reservatur *Collatio*.

commune & statutarium qualificatam sub pœna nullitatis a) quodsi aut inhabilem præsentasset, aut prorsus negligens in nominando extiterit, eâ vice jus Collationis ad Capitulum devolvetur b) nisi
gra-

a) Sed quid in casu, si quis inhabilis præsentetur sub spe gratiæ & dispensationis apostolicæ? R. Absque bona voluntate Capitulum dispensationes hujusmodi non profunt, præcipuè in Germania, ubi una ex parte summus Pontifex promittit Nationi, se servaturum Canones & Decreta Conciliorum œcumenicorum, quæ vulnerari *Dispensationibus Apostolicis* non sinet Capitulis invitis Augustissimus IMPERATOR *Capit. Cæs. Art. 14. §. 1.* ubi insimul Statutis Ecclesiarum Germaniæ promittitur protectio — Inde etiam *Gravamen XIII.* trium Eminentissimorum Archiepiscoporum Germaniæ ad S. Cæsaream Majestatem anno 1770 (§. 17.) delatum providet: *Dispensationes pro corpore vitiatas non esse tolerandas absque bona voluntate Capitulum*, Vid. *Diss. MEA de eo: quod circa Recursum ad Imperatorem in ecclesiasticis ex legibus Germaniæ speciatim obtinet* ed. 1778. Hæc autem voluntas Capitulum exprimitur in aliquibus Turni Ordinationibus, vi quarum Dispensationes approbantur, e. g. in *Statuto Cunibertino N. X.*, & *Georgiano N. IX.*, in quo posteriori nihilominus requiritur, ut in literis *Dispensationis hujus Ordinationis Turni* specialis fiat mentio; nec non *Severiniano N. XII.* — Quodsi autem vi Turni declaretur inhabilis, qui jure Concilii Tridentini habilis reputatur, e. g. ex Tridentino satis est si Candidatus in anno decimoquarto sit constitutus, contra quod Turnus *Georgianus* requirit annum *decimum septimum & Cunibertinus* ætatem anni decimi sexti inchoati. — Puro exceptionem nullitatis ex defectu ætatis statutariæ præsentato jure Concilii Tridentini aliàs expressè habili non posse opponi, eo enim usque se non extendit potestas Capitulum; quod etiam consuetudine universali passim receptâ, hujus juris statutarii derogatoriâ firmatur.

b) Attendendum est Turnario-fatale sibi ad effectum præsentandi scriptum in ordinatione turni. — In Ecclesia Ss. Cassii & Florentii Turnarius ad præsentandum habet sex menses, quos si elabi sinat Turnarius, jus collationis non redibit ad Capitulum, sed devolvetur *jure Cap. 2. de concess. præb.* ad Serenissimum Archiepiscopum nostrum. — In Ecclesia *Georgiana* Turnario scripti sunt septem dies ad præsentandum intra quos, si inutiliter præsentaverit, datur alia adhuc septimana & tertiâ vice sex dierum spatium. — In Ecclesia *S. Andreæ* dantur octo dies, & secunda vice datur prolongatio termini sex die-
rum



gratiam novam præsentandi aut Ordinatio turni aut Capitulum indulgeat a).

§. 21.

Modus terminandi Controversias ratione Turni exortas.

Singularis omnino est Dispositio, quam in Turnis Coloniensibus uniformiter reperio: quodd, si super inhabilitate præsentati, vel aliàs super exercitio Turni oriatur quæstio, hæc in *Capitulo Diaconali*, quod constat ex Decano & Diaconis Canonicis dirimatur etiam *cum clausulis pœnalibus*, omni atque adeo Appellatione pœnitus exclusâ b).

§. 22.

rum non ultra.— In Ecclesia *Ss. Cumberti & Severini quindena* determinatur, & prolongatio ad aliam quindenam conceditur; quodsi hi termini inutiliter Turnariis abierint, eâ vice electione communi per Capitulum providetur. Conf. *Ordinationes adjunctæ*.

a) Turnus Ecclesiæ nobilis Villicensis (§. 13.) relatus statuit: *Si prolongato termino Turnariæ, denud præsentetur inhabilis, devolvi jus nominandi ad Turnariam in ordine sequentem.*

b) Ordinatio turni B. M. V. ad Gradus N. V. ait: „Si super Turno „nominandi vel illius occasione inter Canonicos aliqua differentia oriatur . . . „tunc coram Capitulo differentiis hujusmodi propositis sententiæ Diaconorum „ . . . stabunt, & illi adquiescent, si autem stare & illi parere recusarent, „ex tunc Capitulum supradictum ad declarationem Diaconorum de Præbendâ „tunc vacante disponent“. — Huic similis est Ordinatio turni *Georgiana* addens *omni appellatione postposita*. N. IX. — Concordat in terminis Cumberti- nus turnus N. X. — Ordinatio Ecclesiæ *S. Severini* N. XII. similiter decisionem controversiæ relinquit iudicio Diaconali *adhibitis tamen seniore Presbytero & Subdiacono*. — Ut sine omni partium studio iustitia fiat, vult Turnus *S. Andreae* N. VI.: „Ut tam Turnario quàm nominato ab illo adjungere „liceat iudicibus Diaconis unum aut plures ex Capitularibus, quorum sententia omni appellatione remota stabitur, & si stare noluerint, Capitulum „eâ vice communiter conferet — in casu, quo moritur Canonicus, ita ut, si „plena informatione habita & omnibus consideratis evidenter constare non pos- „sit,

§. 22.

Præbenda à Turno excepta.

Jus præsentandi in turnario residens limitatur ad Beneficia subiecta Turno, sub quo non comprehenduntur & Decanatus, & Scholaste-

fit, an ante vel post duodecimam noctis? disponit Turnus *Cunibertinus*: „Ut lis forte dirimatur, & qui adquiescere noluerit, jure præsentandi „eà vice privatus erit, præsentationis jure relicto illi, qui adquieverit, si „verò uterque adquiescere velit Capitulum eliger nulla omnino appellatione „obstante, nec quoad effectum devolutivum nec suspensivum, atque appellans „incurrat ipso facto poenam suspensionis à perceptione fructuum“. — Rarò imò nunquam hic judicio *per sortes* locum esse existimo, etenim in hoc casu quilibet præsumitur mortuus in turno, in quo reperitur; qui præten dit fuisse mortuum antè duodecimam noctis, id probare tenetur, quod fieri non potest absque gravissima difficultate. — Casus similis contigerat in ecclesia San-Severiniana Coloniensi 1771, ubi die prima Novembris mensis Universitatis horà septimà matutinà fuit mortuus Canonicus. — Prætendebat Turnarius, illum fuisse mortuum die ultima Octobris ante duodecimam noctis in turno suo; Universitas Coloniensis ajebat, obiisse post duodecimam; utrimque consultabantur medici, *Bonnenses, Colonienses, Monasterienses* &c. inter se divisi; datis tunc octo medicorum consiliis, consultus cl. NELDERUS responderat paucis: illum, in cujus turno inventus fuit mortuus, juvari *presumptione juris*, adeoque liberari ab onere probandi, cum vita tandiu præsumatur, donec probeur ejus oppositum seu privatio illius. — Quanquam tunc neutri, nec proviso ab universitate, nec per turnarium mansisset sponsa, sed gaudebat inter duos in Judicio Imperiali aulico litigantes tertius ab Eminentissimo Nostro defuncto provifus ex jure devoluto, quia ab Universitate nominatus, cujus jus alias fuisset potius, non apparuerat in forma secundum Concordata intra trimestre in loco beneficii — Sed quo fundamento ordinare potuerunt capitula, ut coram Decano & Diaconis dirimerentur controversiæ turni remotà appellatione & excluso etiam Judicio Episcopali? R. jure societatis & collegiali, ex quo solo turni dependet initium, exercitium, & finis. — Modus hic abbreviandi lites cœvus est apostolis, continuatus per sæcula multa in ecclesia, donec strepitus forenses in judicia ecclesiastica fatis malè

x *AWC*



lasteriæ a) præbendæ primæ gratiæ Univ. Colonienfis b), præbendæ unitæ auctoritate GREGORII XIII. parochiis intra Coloniam c) Canonicatus & Præbendæ resignatæ ad manus Capitulorum d), de-
mum

malè amarè desuper conquæsto S. Bernardo penetrasset. — Variis in conciliis hunc ipsum morem definitum legimus, quo arbitri seu boni viri ut eligantur, partibus imperatur, aut ab ipso concilio constituuntur, a quibus nunquam licuit appellare. Vid. animadversio adjuncta Dissertationi meæ de Arbitris editæ Bonnæ 1777

a) Ordinatio Turni B. M. V. ad Gradus N. V. habet: *quia Decanatus & Scholasteria sunt electivi, si ergo Decanum aut Scholasticum in MENSIBUS ORDINARIORUM decedere contingat, extunc Capitulum ad Decanatum & Scholasteriam eliget &c.* nota hic verba: *si in Mensibus ordinariorum decedere contingat* — ergo dignitates subsunt alternativæ mensium. Præposituræ (exceptâ Ecclesiâ majori metropolitana, & S. Gereonis) ex errore textûs Concordatorum Aschaffenb. intellectu à Papa in omni mense conferuntur — De reliquis Ecclesiis videantur ordinationes adjunctæ.

b) Secundum Bullam BONIFACII IX. 1344.

c) Facta est hæc incorporatio 1586., de jure autem hæc Parochias unâ cum unitis Præbendis conferendi statuitur in unionis Bulla modo sequenti: „Postquam Concilium Tridentinum in illis partibus fuerit publicatum pro-
„videndi de dictis Parochialibus Ecclesiis in CONCORSU ab Examinatoribus
„inibi juxta Concilii Tridentini dispositionem deputandis servata ejusdem
„Concilii Tridentini forma examinari & approbari debeant, decernentes quas-
„cunque Collationes alias factas nullas esse & invalidas“ — Hæc Bulla, postquam recepta est & publicata, facit *legem specialem* pro nostra Ecclesia, cui nulla dispensatio derogare potest, nequidem papalis. Porro fundat se Bulla in Decreto *Concilii universalis*, cui derogari à Sede apostolica non posse notum est satis ex Concordatis Principum Germaniæ.

d) Conf. Documenta adjuncta; *quæ tamen* non excludunt à turno beneficia resignata *in manus* TURNARIORUM; ergo etiam Turnarii admittere possunt resignationes in suo turno; quaritur autem hic, an Turnarius tutò conferet contra Bullam PII V. quæ incipit, *quanta ecclesie* &c. B. in nostra Diœcesi periculosum est turnario agere *contra Bullam Pranam*, quia Bulla hæc in Diœcesi Colonienfi recepta fuit & promulgata. — Ait enim cl. NELLERUS in Diss. de *statu resignationum in favorem apud germanos in Thes. jur. eccl.*

num præbendæ auctoritate Archiepiscopali etiam in mensibus Capituli permutatæ a),

PARS III.

claf. germ. Tom. VI. pag. 296. quod jam anno 1670 quidam piscator Romæ præbasset respectum Bullæ hujus in ecclesia Colonienfi. — Receptæ olim Bullæ testimonium reddunt statuta antiqua Colonienfiæ MAXIMILIANI HENRICI P. III. Tit. V. Cap. II. §. 8 ubi dicitur: Simples qualuncunq; beneficiorum & officiorum ecclesiasticorum resignationes juxta Constitutionem Pii V. de beneficiis & officiorum ecclesiasticorum resignationibus editam admittantur. — Hanc exceptionem receptæ Bullæ hujus in ecclesia Colonienfi 1665 expertus fuit Ipsissimus MAXIMILIANUS HENRICUS concurrentes eodem anno ad Coadjutoriam ecclesiæ Monasteriensis cum Principe Episcopo Paderbornensi L. B. de Fürstenberg. Favebant inter alios Archiepiscopo Electori Colon. tres capitulares nondum in sacris existentes, adeoque in electione Coadjutoriæ voto destituti. — Hi resignabant in manus turnarii L. B. de Bucholtz conferentis præbendas resignatas tribus proximis suis Consanguineis tum in Subdiaconatu constitutis, ad effectum gratificandi votis suis Archiepiscopo Electori Colon. contra Principem Paderbornensem — quibus à parte adversa facta fuit exceptio ex Bulla Piana signanter in statutis Colonienfibus prædictis recepta, ac propterea in voto suo non auditis — ceu testatur impressum sub titulo: Fürstlich Mönsterischer Gegenbericht wider die Rhurföldnische facti species 1665 atque vicit electus per majora & saniora in Coadjutorem Princeps Episcopus Paderbornensis. — Eminentissimus Archiepiscopus Elector noster defunctus MAX. FRIDERICUS ad singularem instantiam Illustrissimi Capituli Cathedralis Monasteriensis ex causis animam suam moventibus an. 1780. mense Novembri declaravit: Bullam Pianam pro ecclesia Monasteriensis in futurum non amplius obligare. — etiam pro ecclesia nostra Colonienfi facile illam non usu abrogari posse utpote Concordatis Germaniæ nostræ haud consonam non distitior.

a) Quin requiratur consensus Capituli — Testis est ordinatio turni Gregoriani N. VI. Quia permutationes N. B. in mensibus Capituli auctoritate Superiorum admissas absque contradictione ejus, qui præsentationem ratione dierum habet, fieri posse scimus, ea propter ab hac ordinatione nostra & has (permutationes) excludimus.

E



PARS III.

DE SUSPENSIONE TURNI PRÆCIPUE PER PRECES PRIMARIAS ARCHIEPISCOPALES.

§. 23.

De suspensione turni per primarias preces cæsareas remissive.

Viso exercitio turni ecclesiarum Collegiatarum Colonienſium vi-
dendi ſunt modi quibus turni exercitium ſuſpendatur, quorum duo
ſunt præcipui, videlicet: prior *per primarias preces cæsareas a)*: al-
ter *per primarias preces Archiepiscopales b)*.

§. 24.

De Precibus primariis Archiepiscopalibus & Episcopalibus in Germania generatim.

Præter Preces primarias à S. Cæsarea Maieſtate exercendas, aliis
quoque Archiepiscopis & Episcopis Germaniæ jus eſſe dandi Pre-
ces primarias, easque re verâ ab iis fuiſſe conceſſas, res eſt ex
hiſtoria Eccleſiarum particularium & Precum datarum Diploma-
tibus plus quam notiſſima c).

§. 25.

a) Exhausta fere hodie cenſetur materia primariarum precum cæsarearum ſcriptis publicis in eas editis. ad quæ remitto: vide ſis quoque, ſi otium tibi fuerit Diſſ. meam: *de vero ac genuino ſtatu hodierno primariarum precum Cæsarearum* ed. Bonnæ 1779. — Interim Ordinationes turnorum adjunctæ omnes fatentur, primarias preces Cæsareas à Capitulis eſſe acceptandas, iisque exercitium turni ad interim ſuſpendi.

b) Vid. §§. ſeq.

c) De *Archiepiscopo Moguntino* conſule Rdmum WÜRDWEINIUM in *Subſid.*



§. 25.

Initia Juris primariorum Precum Archiepiscopaliū Colonienſium.

Jus dirigendi Preces primarias Archiepiscopales ad Ecclesias collegiatas in Archidieceſi noſtra exiſtentes eſt antiquiſſimum atque Seculo

Subſid. diplomat. T. III. à N. I. ſeq.— Singulare autem prorfus eſt Diploma Precum JACOBI Archiepifcopi Moguntini, quod N. XII. retulit, datum ad Eccleſiam S. Andreae intra Coloniam de recipiendo Preciſta, quoniam prædiſta Eccleſia annuam à Prædeceſſoribus ipſius percipere conſueverit largitionem & liberationem— verum hæ Preces merito ab uſu reſceſſerunt— De jure Archiepifcopi Trevirienſis videri mereitur idem WÜRDWEINIUS loc. cit. à N. XXIX.— addatur porro Illmuſ ab HONTHEIM *biſſ. diplom. Trevir. Tom. III. pag. 902.* ubi poſtquam juſ hoc Precum vocabatur in dubium, reperies ſcriptum editum ſub rubro: „Jus conferendi primam in menſibus collegiatarum Eccleſiarum vacantem præbendam, non niſi per abuſum primæ & primariæ Preces vocatum recens electo ac confirmato Archiepifcopo Trevirienſi... competens inconcuſſa hætenus & viridi obſervantiâ confirmatum, ex abundanti etiam *autboritate apoſtolica ſuſſultum contra quocunq; juſſu Reverendiſſimi ac Illuſtriſſimi Capituli Metropolitanæ Trevirenſis Sede vacante an. 1716. deſenſum ac Typo datum*— in quo ſcripto Cap. 3. etiam laudantur Statuta Eccleſiæ collegiatæ S. Simeonis de an. 1443. condita & an. 1449. à Joanne S. Angeli Diacono Cardinali Legato à Latere... approbata, in quibus diſponitur: *quando apoſtolice gratiæ diſpoſitiones aut PRIMARIÆ PRECES ARCHIEPIſCOPE NON IMPEDIANT, tunc Canonicus in ordine exiſtens idoneum nominare tenetur Capitulo*— De Precibus Epifcopi Spirenſis conf. WÜRDWEIN cit. *Tom. V. pag. 198.* De Baſileenſi IDEM *Tom. IV. pag. 15.* De Epifcopo Miſnenſi, qui etiam in alieno ſuæ Diœceſis territorio preces exercuit, vid. *Sammlung vermifchter Nachrichten zur ſächſiſchen Geſchichte 2ter Theil n. 6. p. 334.* 4ter Theil n. 9.— De Epifcopo Herbilopolenſi conf. MOSEER *Tractat von der Landeshoheit im Geiſtlichen p. 282.* ubi ſimiliter *Abbatſſe Eſſendiſi* juſ precum ſolenni transactione à Sereniſſimo Archiepifcopo Colonienſi an. 1665. ceu Supremo Diœceſano confirmatâ quaeritum refert. Addatur etiam PFEFFINGERI *Vitriar. illuſtratus T. III.*

L. B.



Seculo XIV. ineunte à Capitulis Ecclesiarum an. 1322. jam agnatum a) inscriptumque Capitulationi HEDERMANNI à WEDA 1515. b), aliorumque in ordine Successorum c), atque illud Papa LEO X. an. 1516. Sedi Archiepiscopali Coloniensi consuetudine *hominum memoriam* excedente annexum esse diserte fatetur d).

§. 26.

L. B. de KREITMAYR ad Cod. civ. Bav. §. 271. J. M. GRIEBNER de Precibus primariis princ. imp. G. H. AYRER de Precibus primariis Cæs. C. IV. J. H. BÖHMER *Jur. eccles. protest. L. 3. Tit. 5, §. 105.*

a) Secundum Sententiam MOSERI (§. 9. pag. 14. in notis.) jus hoc Precum Archiepiscopaliū nitiur Indulto ALBERTI Imper. de anno 1298.— porro verba Ordinationis pralaudatæ jam supra §. 9. retuli: *excipimus in hac ordinatione Turni hos, pro quibus auctoritate Archiepiscoporum Coloniensium, ut recipiantur, Preces primariæ diriguntur.*

b) Capitulatio HERMANNI *idiomate teutonico* Articulo 42 ita habet: Item nachdem eyn neuwer zukommender Erzbischoff zu Cöln an allen und igitlichen Prelaten Styfften und Gysstern der Beneficien und geistlich Lehen des Styffts Colne van wat Kunne die Gysster syn, usgeschiden hyrinnen des Dumkapittels Personen, primarias Preces und irste Bith zu lagen hat, den auch bis anher NB. unweigerlich statt gegeben ic.

c) Similia de Precibus Archiepiscopalibus continet Capitulatio ADOLPHI Comitis de Schauenburg an. 1533 ab Hermanno in Coadjutorem assumpti—Capitulationes deinceps continuatæ uniformiter restantur art. 34. quod Archiepiscopus Coloniensis recens electus Preces primarias ad omnes & singulos Prelatos, Collegia, Collatores Beneficiorum ecclesiasticorum (exceptis personis capitularibus Ecclesiæ nostræ majoris) porrigere habeat, quibus etiam semper in præsentem usque diem reverenter paritum est &c. Vid. Materialien zur geistl. und weltlichen Statistik 4. Stück Erlangen, 1781. p. 287.

d) Conf. Docum. N. ult. in quo Papa ait: *quod electus Coloniensis, qui pro tempore fuerit, in primo suo adventu ultra hominum memoriam fuerit in possessione juris vel quasi faciendi primarias Preces ad Collatores Beneficiorum totius Civitatis & Diocesis, quæ etiam suum sortitæ fuerunt effectum.*



§. 26.

Non imitatur Indulto Apostolico.

Eminentissimos quoque Archiepiscopos Colonienſes Preces primarias continuò dediffe ad Eccleſias collegiataſ Civitatis & Diœceſis Colonienſis tùm Diplomata Archiepiscopalia *a)* tùm etiam Acta Pre-

a) Inter reliqua, quæ mihi ad manus ſunt, diplomata communico præſens ab Adolpho Archiepiſcopo Colon. datum 1551. ADOLPHUS Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archieppus Sacri Romani Imperii per Italiam Archicancellarius Princeps Elector, Weſtphaliæ & Angariæ Dux, Legatusque Natus, honorabilibus devotis nobis dilectis Decano & Capitulo Eccleſiæ Collegiatae Sancti Martini in Kerpen Salutem in Dnò.

Quoniam ex antiqua laudabili, & hætenus obſervata conſuetudine conſueverunt Sanctæ Colon. Eccleſiæ Archieppi Prædeceſſores noſtri ſingulis eccleſiaſticorum beneficiorum collatoribus ac collatricibus, de eccleſiaſticis beneficiis jus nominandi, præſentandi, eligendi, ac quomodolibet diſponendi hæbentibus noſtrarum Civitatum & Diœceſis Colonienſis ſuas primarias porrigere preces, quæ etiam qualibet contradictione poſthabita ſuum fortitæ ſunt effectum. Nos igitur Prædeceſſorum noſtrorum in ea parte veſtigiiſ inhærentes noſtras primarias preces ad vos pro Servitore noſtro devoto nobis dilectio Antonio Hapfel Clerico noſtræ Diœceſis duximus porrigendas, & præſentium tenere porrigimus: vos in Dnò hortantes, atque obſecrantes, quatenus præſato Antonio Hapfel de beneficio eccleſiaſtico proximo cum cura vel ſine cura ad veſtram collationem, nominationem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem ſpectante vacante ad præſens, vel vacaturo, quod ipſe per ſe, vel procuratorem ſuum duxerit acceptandum, providere, ſeu eundem ad huiusmodi beneficium nominare, præſentare, ſive eligere, ipſumque quatenus ad vos pertinuerit ad poſſeſſionem ipſius inducere velitis. In hoc pergrata nobis exhibetur complacentia, noſque ad gratiarum largitiones efficietis promptiores. Datæ in arce noſtra Poppelsdorff noſtro ſub Sigillo præſentibus appenſo menſis Septembris die duodecima, à Nativitate Dni anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo.

ADOLPHUS manu propria



Precum Archiepiscopalium authentica testantur a), quin unquam absolutè ceu necessarium fuerit agnitum b), aut etiam agnoscì poterit Indultum Papale c).

§. 27.

a) Ex actis precum Archiepiscopalium authenticis constat dedisse preces FRIDERICUM Archiepiscopum ad Decanum & Capitulum S. Andreae in Colonia. Bonnense. S. Gereonis. Ss. Apostolorum. S. Severini. S. Cuniberti. S. Georgii. S. Victoris in Xanten. Ad Gradus B. M. Virginis. S. Quirini oppidi Novesensis. B. M. Virginis in Capitolio. S. Swiberti in Werdena Caesaris. S. Caeciliae. Undecim millium Virginum. B. M. Virginis in Reels. Monasterii Effliae: Ecclesiae Assendensis. Sufatense. — SALENTINUM quoque dedisse ad Decanum & Capitulum Bonnense. S. Andreae in Colonia. S. Gereonis. Ss. Apostolorum. S. Severini. S. Cuniberti. S. Georgii. S. Victoris in Xanten. In Caesaris Werdena. Ad Gradus Mariae. Monasterii Effliae. Reelsen. Sufatense. In Capitolio. Novesii. Caeciliae in Colonia. In Kerpen. Ad S. Ursulam Colon. In Meschede. In Dietkirchen. Assendense. — Eadem quoque acta testantur jus precum fuisse exercitum ab Archiepiscopis GEBHARDO, ERNESTO, FERDINANDO, MAXIMILIANO HENRICO, & JOSEPHO CLEMENTE. &c.

b) LEO X. PP. in Docum. N. XIII. 1516. ait: *Electum Coloniensem in primo suo adventu ultra hominum memoriam fuisse in possessione juris, vel quasi faciendi primarias preces ad Collatores beneficiorum totius Civitatis & Diocesis, quae etiam suum sortitae sunt effectum.* — Impetrarunt quidem nonnulli Indultum Romae, sed uti praedicta Bulla ipsa testatur pro subsistentia tantum firmiter, ad modum, quo nonnulli Imperatores Romae pro subsistentia tantum firmiter Precum suarum impetrarunt Bullam non ex necessitate absoluta. Vid. *Scriptores de precibus Caesareis passim.* — Equidem Bulla PI IV. an. 1560. data apud WÜRDITWEIN Tom. 3. ait: *hanc consuetudinem precum, uti verisimiliter creditur, imitti Indulto Apostolico.* — Verum nova haec clausula est, atque plane incognita ejusdem Praedecessori LEONI X. consequenter juri Precum jam pridem ultra hominum memoriam sine indulto subsistenti ejusque exercitio praepjudicare non potuit.

c) Etenim post Concordata Germania apud Sedem Apostolicam non est alia potestas circa beneficia nationis nostrae, quam quae in Concordatis continetur. — Jus porro precum Archiepiscopalium jam ante Concordata fuisse exercitum, & à capitulis agnitum supra (§. 25.) probatum ivimus.



§. 27.

Diserte jus Precum agnoscitur & acceptatur in ordinationibus Turni.


¶ *Justitia juris hujus primiarum Precum Archiepiscopalium ultra hominum memoriam jam ante & post Concordata exerciti in ordinationibus Turnorum Ecclesiarum collegiatarum Coloniensium manifesto agnoscitur & acceptatur, declaraturque datis Precibus Archiepiscopalibus exercitium Turni suspendi a).*

§. 28.

a) *Quid antiqua Ordinatio Turni S. ANDREÆ de Precibus Archiepiscopalibus habeat supra recensui — Ordinatio Turni Ecclesiæ B. M. V. ad GRADUS de anno 1507. clare fatetur Eminentissimis Archiepiscopis electis & confirmatis jus esse, ex antiqua hæcenus & observata consuetudine, quin ullius indulti papalis fiat mentio, dandi Preces primarias ad omnes Ecclesias Civitatis & Diœcesis Coloniensis absque exceptione: verba sunt sequentia: *Cum etiam ex antiquâ hæcenus observatâ consuetudine sit introductum, quod Archi-Episcopus Coloniensis de novo electus & confirmatus primarias preces ad singula Capitula civitatis & diœcesis Coloniensis pro primâ Præbendâ ibi vacaturâ porrigere, Capitulaque hujusmodi etiam illis Precibus annuere, & primam vacaturam Præbendam ad Preces prædictas conferre soleant, si talis casus evenerit, tunc Capitulum primam vacaturam Præbendam in Turno suo vacantem ad Preces prædictas personæ, pro qua Preces hujusmodi porrectæ fuerint, libere conferret, contradictione Canonici tunc nominantis non obstante.**

Similiter disponit Ordinatio NOVA S. ANDREÆ de anno 1596: Imperiales nominationes vel regales aut ARCHIEPISCOPALES PRECES forsitan ad Capitulum directæ, cum totum Capitulum afficiant, tamdiu cursum, vim & effectum Turni hujus impedire debent, donec istæ nominationes vel Preces fuerint consumptæ, & Turnarius Capitulum isto casu impedire non poterit. — Ecce denuo nulla Indulti Papalis mentio.

Æque Ordinatio Turni S. GEORGI an. 1639 sine mentione Indulti Papalis à Turno excipit PRECES ARCHIEPISCOPALES in verbis: Excipimus à præmissis illos Canonicatus, pro quibus regales Regum Romanorum, nec non pro quibus primaria RRmorum DD. Archiepiscoporum Colou.



Colon. legitime instantium Preces, quas in singulis Capitulis, & Collegiis Civitatis & Diocesis Colonienſis poſt ſuas Electiones facere conſueverunt, nobis porrectæ & debite inſinuatæ fuerint; tunc enim Ordinatio præſens ſuſpenſa erit, cum hujusmodi Precibus ex obſervantia obedire teneamur, donec & quousque Preces prædictæ debitum ſuum ſortiantur effectum. — Obedire Precibus hiſce ſe teneri aperte ſatetur Capitulum.

Capitulum Eccleſiæ collegiatæ S. CONIBERTI in Turno ANTIQVO anno 1513 die 16ta Novembris erecto jam unanimiter conſtitetur: Salvis (in ordinatione Turni) Precibus ſive nominationibus Inviſtiſſimi & auguſtiſſimi Imperatoris, nec non Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Domini Archiepiscopi Colonienſis pro tempore exiſtentium, & per eos reſcribi & porrigi ſolitis & conſuetis: Recentior item Ordinatio ejuſdem Eccleſiæ de anno 1640 priori eſt inhaſiva in verbis: In præmiſſis tamen ſalvis per omnia Precibus ſeu Nominationibus Inviſtiſſimi Imperatoris, ſeu Romanorum Regis, nec non Sereniſſimi Principis Electoris ac Archiepiscopi Colon. pro tempore exiſtentium per eos reſpectively porrigi ſolitis ac conſuetis.

Conſtitutio Turni in Eccleſia Archidiaconali BONNENſI 1640 ſimiliter conſonat aliis Eccleſiis, Artic. XV.: Noviſſime quoque hoc Statutum innovamus, ut, ſi contingat in poſterum Turnarium aliquem per gratias apoſtolicas, nominationes imperiales, Preces ſive regales, ſive ARCHIEPISCOPALES, ſeu alio quovis modo, quo minus nominationi ſuæ de vacatione in ſuo turno locus de jure fiat, impediri, ex tunc eum caſum fruſtrationis nimirum ipſe pro tempore Turnarius citra præjudicium ſubſequentium turnariorum, & abſque ſpe compenſæ proximioris, ſeu alterius vacationis ſolus ſuſtineat omni contradictione quovis etiam appellatione ceſſante.

Tandem Turnus SAN-SEVERINIANUS anno 1699 conditus ad literam concordat cum anterioribus: In præmiſſis tamen ſalvis per omnia legitimis Precibus ſeu Nominationibus Inviſtiſſimi Imperatoris ſeu Regis Romani, nec non Sereniſſimi Archiepiscopi Colon. per eos porrigi ſolitis & conſuetis.

Hæ ordinationes turnorum uniformem probant obſervantiam & precum ARCHIEPISCOPALIU receptionem. — Non dubito ex aliarum etiam eccleſiarum ordinationibus & ſtatutis hoc jus Precum poni extra omne dubium. — Anno 1724, quo jus Precum ſub Sereniſſimo CLEMENTE AUGUSTO primo in dubium vocabatur & Bullæ Benediſti XIII. (ſ. ſeq.) contra illos prodire, inter alia Capitula eccleſiarum ſeſe nihilominus in favorem Precum declarârunt Eccleſiæ Collegiatæ Sr. Cbrystianb

santbi & Davia Monasterii Eifflia, nec non Capitulum in Kerpena, uti adjuncta restantur resoluta Capitularia:

Extractus Protocolaris Ecclesie Monasterii Eifflia jovis 6ta Aprilis 1724. Presentantur per Dnũm Notarium Kreiffen duo diplomata Precum ARCHIEPISCOPALIAM à Rma Serenitate sua Archiepiscopo Electore Colonensi, nec non Rmo & Illmo metropolitanae Ecclesie Capitulum in favorem Rdi Dni Henrici Mohr ad nos directa, quibus cum debita reverentia in sessione capitulari praestis conclusum, quod Capitulum Serenissimis Precibus devotissime & humillime libenter deferre inclinaret; ex quo vero presentatis consimiliter die 11ma Mensis Februarii nuperrime elapsi ejusmodi litteris originalibus sub propria manu & sigillo athenati Archiepiscopi colon. certus quidam collegiatae Ecclesie Dusselanae Vicarius N. Binsfeldt juxta communicatum ipsi extractum protocollarem, ad has Preces actualiter a nobis acceptatus fuit, eaque de causa admittendo secundum in uno aut altero offensam sive praedictum rationabiliter metuemus; hinc ante omnia devotissime speramus & humillime petimus, quod Rmus ac Smus Archiepiscopus Elector nobis propinquirem magisque determinatam declarationem clementissime communicare dignetur, quis ex ambobus denominatis cum effectu admittendus esset, illo praevio, nos ad mandata promptissimos offerentes. Ita actum Monasterii Eiffliae ut supra. In fidem & pro extractu subscripsi Joann. Chrysanth Calenberg, Canonicus & p. t. Capituli Sacretarius.

Extractus Protocolaris Capituli Kerpenensis Lunae 10ma Aprilis 1724. In Capitulo ordinario praesentibus Reverendo & adm. RRdis DDnis Praeposito, Decano L. B. de Otten, Grafs, Thielen, Hilbrand Scholastico & Janfen. Reverendus Dnus Praepositus, Decanus reproduxit duo Originalia porrectionis primariorum Precum ARCHIEPISCOPALIAM heri ad Protocolum Capituli intimata una cum authenticis eorundem Copiis easdem pro valide intimatis acceptari & in casum Praebendae Venli Capitulo proxime vacaturae Dnũm nominatum Nepotem suum ad plenarium earundem effectum admitti, desuperque Capitularem resolutionem communicari petens, Dni Capitulares factis tantisper per benefatum D. Praepositum, Decanum successu ex Capitulo resolverunt, praedictas primarias Preces pro debite & legitime intimatis acceptandas, de caetero vero casum vacaturae expectandum, & hanc resolutionem iterum benefato Reverendo Dno Praeposito Decano per Dnũm Scholasticum referendam esse. Quod haec Copia verbotenus cum suo Originali concordet, hisca specialiter requisitus attestor Joes Schieffer Pastor Kerpenf. & Not. Apo-



§. 28.

Non obstat Concilium Tridentinum aut Bulla BENEDICTI XIII.

Cum jus Precum Archiepiscopalium sit *jus specialissimum*, continua praxi & observantia tum ante, tum post Concilium Tridentinum exercitum, atque relatæ Turnorum ordinationes ple- ræque post Concilium Tridentinum fuerint erectæ, vehementer errant, qui aut Concilio Tridentino *a)*, aut etiam Bullis P. BENE- DICTI XIII. anno 1724. emanatis jus Precum obstat autumant *b)*.

stolicus. — Ex quibus porro nec non supra (§.26.) relatîs actis Precum Archi- episcopalium manifestum est, hoc jus etiam ad Ecclesias collegiatas aliorum territoriorum extendi.

a) Hoc Concilium Sess. 24 cap. 19. cassavit quidem *mandata de provi- dendo & expectativas, sed nullâ factâ mentione Precum Archiepiscopalium*; ergo jus hoc ceu specialissimum & singulare non continetur sub dispositione Concilii. — Ex eadem causa Congregatio Concilii & PP. Gregorius XIII. censuræ jus Precum Cesarearum non comprehendi sub hoc interdictio prohibitive, quia Imperator *speciali mentione dignus*, ibi non nominatur. — Puto etiam Emmos Archiepiscopos Electores Imperii esse *speciali mentione dignos* Argum. Cap. 4. de sent. excom. in 6. in verbis finalibus: nisi in ipsis (legibus) de Episcopis *expressa mentio habeatur*.

b) Bullas hasce vide apud cl. WÜRDWEIN Tom. 5. pag. 125. seq. — Sunt autem in radice nullæ. — Imò: quia erroneo nituntur principio, quasi verò jus Precum Concilio Tridentino & Concordatis adversaretur, quod est falsum. — 2do: quia jus Precum Archiepiscoporum non est objectum pertinens ad disposi- tionem judicalem Curie Rom. vid. MOSER in Tract. von der Landeshoheit im Geiſt pag. 283. referens mandatum S. C. Judicii Imper. aul. de an. 1732 12. Augusti in puncto juris primar. Precum in causa Essen contra Rellinghausen. rejecta exceptione fori declinatoria, quod quæstio super jure Precum per- tineat ad Curiam Rom. — Hinc non dubito, quin invocato Judicio Imper. aul. tunc Bullæ fuissent declaratæ nullæ. — 3tio quia Bullæ prædictæ emanarunt contra juris ordinem inaudito nempe & indefenso Seren. nostro CLEM. AUG. — 4to: Bullæ hæc etiam adversantur paci Osnabr. & Capitulationi Cæs. in quibus jus hoc Precum non obscure firmatur & conservatur. Interim de hac materia Precum ARCHIEPISCOPALIAM, cum tantum ex occasione turnorum à me hic actum fuerit, alia Dissertatione idem argumentum pro dignitate uberius prosequar.



DOCUMENTA
TURNUM ET MATERIAM BENEFICIARIAM IN
ECCLESIIS COLONIENSIBUS CONCERNENTIA.

I.

Ordinatio Guntharii Archiepiscopi Coloniensis de Ecclesiis D. Petri, nec non Monasteriorum Sanctorum Gereonis, Severini, Cuniberti, Beatarum Virginum, Cassii & Florentii, Victoris ac Ecclesie S. Pantaleonis confirmata à Lothario Rege anno 853.

In nomine omnipotentis Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi Lotharius divina annuente Clementia Rex.

Si ad utilitatem servorum Christi divino præveniente nutu erigimur, & eis autoritatem nostræ corroborationis largimur in his, que sibi in suorum sumtum necessitudinibus attributa esse noscuntur, id nimirum nobis non solum ad præsentem vitam quietius transigendam, verum etiam ad eternam beatitudinem facilius adipiscendam profuturum fore non ambigimus. Igitur omnium fidelium sancte Dei Ecclesie ac nostrorum præfencium videlicet & futurorum noverit industria, quia *Guntharius* venerabilis Agrippinensis Ecclesie Gubernator & pius rector nostris detulit obtutibus, quandam conscriptionem, in qua continebatur, qualiter ipse cum Clero sancti *Petri* in memorata Agrippinensi Civitate consistenti & reliquis sancte Ecclesie fidelibus Laicis cum consensu parique voto ordinaverint atque solemniter roborando statuerint uti deinceps Canonici in eadem sancta matre Ecclesia seu & in ceteris monasteriis tam infra ipsam civitatem, quam que & extra, que ad eundem Episcopatum & Ecclesiam sancti *Petri* pertinere noscuntur, id est, monasterium martiris Christi *Gereonis* & sociorum ejus, sed & monasterium sancti *Severini Christi Confessoris*, monasterium quoque sancti *Cuniberti*, monasterium *beatarum Virginum*,

a

mona-



monasterium Sanctorum *Cassii & Florentii* martirum, monasterium sancti *Victoris* Christi martiris, nec non & Ecclesia sancti *Pantaleonis*, que ad thesaurum & Luminaria eiusdem matris Ecclesie pertinere dinoscitur, sed & hospitale inibi ob pauperum receptionem constructum deinceps absque alicujus sumtuum indigentia pro omnibus temporibus consistere quivissent, deprecans nostram pietatem, ut eandem conscriptionem per nostrum confirmare pragmaticum non dedignaremur, verum nos ejus ordinationem piè examinando ratam atque necessariam rem arbitantes, ut caelestis suffragii nobis copiosior adsit gratia, hos excellentie nostre apices fieri statuimus, per quos præcipientes jubemus, ut ecclesias prædia villas, sive omnes res quas jam privatus vir Venerandus *Guntbavius* tam in eadem sancta matre Ecclesia, quam que & in reliquis Deo dicatis locis que ad eam ut supra prelibatum est, tam infra ipsam Coloniensem civitatem quam que & extra pertinent, ob utilitatem Canonicorum & stabilitatem earundem ecclesiarum Christi divino ductus fervore per sue delegationis ordinationem & nobilium virorum assensionem corroboravit, deinceps in jure & gubernatione presignatorum Canonicorum potestate & ordinatione perseverent, nullusque eis aliquam contrarietatem aut diminutionem in eisdem rebus inferre quoquomodo presumat, sed hoc nostro juvamine preveniente liceat eis easdem res in suorum sumtuum utilitate & luminum preparatione quiete retinere & retinendo prout pie statuerint in omnibus ordinare, quatenus deleat eos pro pii genitoris nostri & genitricis anime salute & nostra seu prolis nostre stabilitate propensius exorare divinam misericordiam, & ut hec nostre corroborationis autoritas plenior in Dei nomine obtineat vigorem, manu propria subter eam firmavimus & annulo nostro assignari precepimus

Signum *Lotbarii* Serenissimi Regis. *Hervotmundus* notarius ad vicem *Grimbaldi* recognovi data XVIII. Calendas Februarii anno Christo propitio regni *Lotbarii* gloriosi Regis XI. indictione XV. actum Aquigrani palatio Regio, in Dei nomine feliciter. amen.

Ego in Dei nomine *Guntavius* firmavi

Signum *Erimbaldi*. Signum *Luitberti*. S. *Wicfridi*, Signum *Sigebardi*. Sign. *Albolfi*, Signum *Williberti*, Sign. *Alsuuardi* & *Werimbaldi*.



II.

Ordinatio Williberti Archiepiscopi Coloniensis de Ecclesiis Collegiatis facta in Synodo magna habita an. 873.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Willibertus divina prædestinante Clementia Coloniensis Civitatis Archiepiscopus.

Noverit omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium præsentium scilicet & futurorum industria, qualiter Guntharius Sedis nostræ Venerabilis Pastor, divino ductus amore, una cum consensu & voluntate suorum Clericorum & Laicorum nostræ matricis Ecclesiæ rebus privatim singulis monasteriis ad hunc pertinentibus, ac Canonice in eis commorantibus sumptuum suorum necessaria habenda delegavit atque contradidit, quatenus deinceps videlicet eadem monasteria & iidem Canonici futuris temporibus perpetua- liter inde consistere quivissent, absque alicujus sumptus indigentia, præ- terea quidem & hoc quisque Ecclesiæ amator agnoscat, qualiter jam fatus vir pastoralis (sumptibus necessariis, ut prælibatum est in præsignatorum jus Clericorum, ex donatione ordinabiliter atque regulariter delegatis atque distributis) illis concessit atque donavit, ultra licitum fore cum secura po- testate, & libero arbitrio inter se ordinare & facere tam de sua electione, quam de omnibus suis rebus absque ejus consultu & imperio. similiter vero cun- ctis innotescat, quod idem supra memoratus Pastor in futurum præcavens, ne Prælati, ordine regiminis confuse utendo, aliquando inter se fortem defensionem inde incurrerent, ac ne ob hoc statutum Clerici tandem in- stabiles denuo sicut prius, absque correctionis & increpationis timore huc illucque vagabundi liberius discurrerent; decrevit, ut Præposito in sibi sub- jectis nullus nec prælatione, nec potestate superponeretur, sed idem potius in ambobus super omnes præstantissimus haberetur, ac insuper eorundem subjeutorum res communes interius, exteriusque ipse solus cum consilio prudentum, benevolentiumque fratrum gubernans, diligenterque provi- dens, totum in suam assumeret reservandam custodiam, quidquid ex his debiti proveniret, & sic postea summa cura atque diligentia id ipsum in illorum utilitatem ministrando dispensaret. Nihilominus, scilicet ipse idem- que beatæ & dignæ memoriæ vir & divini consilii inspiratione admonitus firma ac perpetuâ lege sancivit, ut nullus unquam Pontifex sine illorum conscientia, sive consensu, de ipsa substantia, minimam unquam præbendam alicui per potentiam tribueret, aut item in domibus, sive in ædificiis in urbe,



urbe, sive exterius circa urbem, sibi jam à quibuslibet in Eleemosinam
 datis, seu deinceps donandis, aut usquam alibi in ceteris universis illo-
 rum locis in omnibus rebus, absque consensu & communi cunctorum
 voluntate, quidquam eis per potentiam, sive per aliquam vim destrueret,
 illorum donationem seu traditionem, quam inter se in Claustro de quali-
 buscunque suis rebus, testibus adhibitis fecissent, hoc illis quasi in jus
 hereditarium firmiter concedens, quatenus quisque illorum sive nobilis,
 sive ignobilis esset, usque in sempiternum liberum haberet arbitrium,
 suam mansionem cum ceteris quibuscunque rebus donare, seu etiam tra-
 dere cuicunque suo confratri voluisset, post obitum suum possidendam, abs-
 que ullius Episcopi consultu, sive contradictione. Hujus itaque ordinationis
 ac concessæ electionis, atque memorialis decreti præfens conscriptum ob me-
 moriam & eleemosinam nostri fieri volentes, jussimus illud in conspectu to-
 tius Synodalis Conventus publicè recitari, quem simul nobiscum hodierno
 die collectum habuimus ob nostræ Ecclesiæ dedicationem faciendam, & ob
 plurima divina tractanda negotia, id est, coram Luitberto sancto Viro, Mo-
 guntiensis Ecclesiæ Archiepiscopo, nec non Bertolpho, Trevirensis Ecclesiæ
 Archiepiscopo, ac coram plurimis aliis Episcopis tam suis, quam nostris
 suffraganeis, nec non coram ceteris omnibus sacri ordinis Viris præsto habitis,
 quatenus illorum communi examinatione probaretur, si esset à nobis reci-
 piendum fore, verum etiam dignè & juste secundum regulam adimplen-
 dum, eo quod regulariter atque rationabiliter in omnibus ordinatum habere-
 tur, tam nostra manu subtus id firmavimus, quam etiam propriis singulo-
 rum manibus roborari fecimus. Unde juxta illorum judicii auctoritatem una-
 cum ipsis proferre damnationis sententiam firmissime decrevimus, quisquis
 quasi Ecclesiastici ordinis violator & contemtor hoc in perpetuum ausu teme-
 rario vel infringere, vel disturbare aggredereetur. Et ideo quicunque Suc-
 cessorum nostrorum id scienter facere præsumperit, omnibusque Consiliariis
 ejus, quorum consilio hoc nefas egerit, *Deus conteret dentes, & in ore ipso-
 rum molas confringet Dominus. ad nihilum devenient tanquam aqua de-
 currens, convertantur ad Vesperam & famem patiantur ut canes. Ac*
*propter hæc opera eorum, opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eo-
 rum sit. Pedes eorum ad malum curvant: cogitationes eorum inutiles,*
*vastitas & contritio in viis eorum. Viam pacis nesciant, & non sit judi-
 cium, in gressibus eorum: semitæ eorum incurvatæ sint, in tenebrisambu-
 lent, & palpent sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrèdent.* Sa-
 lus

✠

ius elongata sit ab illis, multiplicatae sint iniquitates eorum coram te, Domine. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur in aeternum, Domine. fiant corruentes in tempore furoris tui Domine, & duplici contritione contere eos Domine Deus noster. amen.

Decidant à cogitationibus suis, convertantur dolores eorum in caput ipsorum, & in verticem eorum iniquitates eorum descendant. Pones eos domine in clibanum ignis in tempore vultus tui: fructum eorum de terra perdes: erubescant, & conturbentur & deducantur in infernum: muta fiant labia eorum. fiant tanquam pulvis ante faciem venti: fiant via illorum tenebrae & lubricum, veniat mors super illos. Destruere illos in finem & disperse illos in virtute tua Domine. Evelle eos de terra, & radicem eorum de terra viventium. fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum; obscurentur oculi eorum, ne videant: effunde super eos iram tuam. fiat habitatio eorum deserta. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum. deleantur de libro viventium. fiant cum illis, quid dixerunt Domino Deo: recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. imple facies eorum ignominia, erubescant & conturbentur in saeculum saeculi. fiant dies eorum pauci, & annus eorum non memorentur amplius. Maledicti sint in agro, maledicti in domo, maledictus fructus eorum. habeant oculos & non videant, aures & non audiant, nares & non odorentur, gustum, & saporem nesciant, sensum ut non intelligant, tactum inutilem atque insensibilem, praestante te, Jesu Christo, qui visis & dominaris per cuncta saecula. amen.

His ita rite peractis prostraverunt se in terram, adorantes Dominum atque laudantes dicebant: Benedictus Dominus, quod suae S. Ecclesiae talem dignatus est conferre Pastorem. Tunc surgentes in medio Luitbertus atque Bertolphus Archiepiscopus dixerunt: O Sanctissimi Patres, licet adhuc de autoritate Sanctorum Patrum parvam damnationis Sententiam inferre? Respondentibus omnibus; licet: Luitbertus Archiepiscopus dixit: Quisquis, ut ante dictum est, vel Ecclesiastici ordinis Violator & contempтор, hoc perpetuum, infringere aggredietur, vel quicumque Successorum nostrorum id potestative, seu qualicumque modo, vel ingenio, irritum facere praesumpserit, fiat ei juxta Apostoli sententiam dicentis: *qui nos conturbat, portabit iudicium, quicumque est ille: & iterum: utinam abscindantur, qui nos conturbant.* Insuper sciat se irrevocabili anathemate innexum haberi, & in extremæ ultionis die cum diabolo & angelis ejus cruciandum, juxta hoc, quod S. Basilius de Pastoribus Ecclesiae dixit: si is, qui praest, fecerit, aut cuiquam, quod à

Do-



Domino prohibitum est, facere jusserit, vel quod præceptum est, præterierit, aut potestative mandaverit; S. Apostoli Pauli sententia ingerenda est ei dicentis: *etiamsi nos, aut Angelus de celo evangelizaverit vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit.* Si quis prohibet nos facere, quod à Domino præceptum est, & à sanctis Patribus traditum est; vel rursus imperat fieri, quod Dominus & SS. PP. prohibent, execrabile sit Deo & omnibus, qui diligunt Dominum. item de eodem, de cujus supra Episcopus dixit: qui Clero præest, si præter voluntatem Dei, præterquam quod in Scripturis S. evidenter præcipitur, vel dicit aliquid vel imperat; tanquam falsus testis Dei aut Sacrilegus habeatur. Actum Colonia in supra dicta Civitate V. Calend. Octob. die, sub piissimo Rege Ludowico, anno Imperii illius XXXIII. anno Dominicæ Incarnationis DCCCLXXIII. Indict. VII.

Ego Wilibertus prædiæ civitatis Coloniensis Archiepiscopus, qui hoc præfens regularis electionis conscriptum fieri jussi, consentiens subscripsi.

Ego Luitbertus Moguntiensis Ecclesiæ Archiepiscopus, consentiens conscripsi.

Ego Bertolphus Treverensis Ecclesiæ Archiepiscopus, consentiens subscripsi.

Ego Bernardus Virdunensis Ecclesiæ Episcopus similiter.

Ego Alfridus Hildinshemensis Ecclesiæ Episcopus similiter.

Ego Theodoricus Mimidonenf. Eccl. Episcopus similiter.

Ego Gerolphus Firdensis Ecclesiæ Episcopus similiter.

Ego Luitardus Paderbornen. Eccles. Episc. similiter.

Ego Hildigrimus Halverstad. Episc. similiter.

Ego Hodolphus Mimigernafurdens. Eccles. Episc. similiter.

Ego Odilboldus Trajestens. Eccles. Episc. similiter.

Ego Lubertus Osnabrugens. Eccles. Episc. similiter.

Lubertus Presbyter similiter.

Sibaldus Presbyter & Præpositus similiter.

Everhardus Presbyter similiter.

Hundolphus Presbyter similiter.

Reginhardus Presbyter similiter.

Ego Adelwinus indignus Diaconus ad vicem Adeloldi Presbyteri atque Cancellarii subscripsi.

& manu Wiliberti.

Miserere Domine, miserere misero Wiliberto indigna agenti, & digna patienti assidue peccanti, & tua flagella quotidie sustinenti. Memento mei Deus in bono, Deus ne deleas miserationes meas, quas feci in domo Dei mei & in Cæremoniis ejus. Amen.

Corro-

Corroboratio Gloriosissimorum Archiepiscoporum, Domini Wiliberti Colonienf. Luitberti Moguntin. Bertolphi Trevir. nec non & aliorum Episcoporum ac Suffraganeorum suorum cum cæteris sacri ordinis Viris quam plurimis ac Nobilibus Laicis, de sumptibus Canonicorum & de electione perpetualiter habenda, ac regiminis regulares ordinatione, ut si qui eam infringere conentur, si ut infra Scriptum, teneantur summo anathemate, usque in perpetuum, nisi pœnitendo respiscant; extinguaturque Lucerna eorum in perpetuum. Amen.

III.

Litera Innocentii III. ad eccles. Colon. S. Gereon. contra mandata apostolica de providendo.

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis filiis Præposito Decano & Capitulo Ecclesiæ S. Gereonis Colon. Salutem & Apostolicam Benedictionem. Devotionis vestræ precibus benignam impertientes assensum, Auctoritate Vobis Præsentium indulgemus, ut ad provisionem seu receptionem alicujus in personibus aut beneficiis Ecclesiasticis per generales literas impetratas v. etiam impetrandas à Sede apostolicâ v. Legatis ejusdem non possitis Compelli absque diætæ Sedis speciali mandato faciente plenam de indulgentiâ hujusmodi mentionem, dummodo per easdem literas non sit jus aliquibus quæstum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Confirmationis infringere, v. ei ausu temerario contraire, siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Lugduni quinto Kal. 7bris, Pontificatus nostri anno sexto.

IV.

Extractus literarum jussu Theodorici Archiepiscopi Colonienfis datarum Pio II. Papa an. 1458 super tollendis Concordatis & alternativa Capitulorum in Diocesi Colonienfi.

Uroinde pater beatissime Dnus noster metuendissimus injunxit nobis primo & principaliter Sanctitati Vestræ offerre ex certis causis animum suum moventibus & præsertim in Complacentiam Sanctitati Vestræ quandam



dam modificationem super tollendis in sua diocesi illis concordatis quibus alterna vice collatio beneficiorum Sedi apostolica est ablata & Prælati monasteriorum ac Capitulis Collegiorum ascripta quam modificationem Dñs noster salvo arbitrio & emendatione Sanctitatis Vestræ concepit sub Secreto vestræ Sanctitati exponendam.

Inprimis enim Dñs noster retulit, quod ab initio Concessionis Collationum hujusmodi pro parte Sanctæ Sedis Apostolicæ fuit principibus exhortatio facta, ut in recompensam abdicationis beneficiorum hujusmodi principes pro supportandis oneribus sanctæ Romanæ Ecclesiæ cui abdicatione collationum hujusmodi non modicum damnosa fuit dignum ducerent in recompensam indemnitati Sedis Apostolicæ viis opportunis providere.

Quo circa Dñs noster animadvertens hoc damnum Sedis Apostolicæ non cedere in aliquod commodum suæ Ecclesiæ Colonienfi aut suum in ejus diocesi, sed potius per collationem illam, quam Collegia & Abbates sibi vendicant succedere pericula & incommoda cum in diocesi Colonienfi licet de jure Communi institutio beneficiorum pertinere debuerit ad Episcopum & non ad Capitula paucissima tamen beneficia Episcopi Collationi sunt ascripta.

Præterea cum vacationis tempore Prælati seu Capitula de illis beneficiis putaverint libere disponere coguntur per impressiones principum sub quorum ditione fructus consistunt Ecclesiarum indignis & Extraneis ac secundum juris dispositionem minime qualificatis conferre ita quod hujusmodi Collatio per quam sic uni principum complacendo alius cujus votis non obtemperant in conferendo offendunt se & Ecclesias gravissimis damnis & periculis subjiciunt & sic indice facto Collatio hujusmodi provisiva ad Ecclesiarum commodum, tendit ad noxium.

Vt modificatio fiat per quam utilitas promoveatur Sedis Apostolicæ & Ecclesiæ Colonienfis in parte hujusmodi gaudeat Concordatis, avisatum est sub emendatione Sanctitatis Vestræ primo per totum Districtum Diocesis Ecclesiæ Colonienfis Dñs consentiret ut tolleretur alternativa Collatio ita quod illa libere ad Sedem apostolicam reverteretur & quod Dñs noster in recompensam renuntiationis illius retineret Collationem beneficiorum duntaxat sub Ditione & Dominio Ecclesiæ suæ situatorum. Ex qua quidem modificatione Sedes Apostolica consequeretur commodum quod beneficia omnia in quatuor Ducatibus magnis intra Diocesim Coloniensem constituis



tis & tribus Comitatibus notabilibus sola & in solidum obtineret Collationem omnium beneficiorum quorum numerus longe ultra triplum excedit numerum beneficiorum intra solum Dominium Ecclesie situatorum.

Et si Sanctitas Vestra utique vellet etiam in Dominio Coloniensi partem Collationum obtinere quod tunc alternatis vicibus fieret Collatio illorum beneficiorum quae non essent in Ecclesiis Collegiatis sub Dominio Coloniensis Ecclesie prout sunt omnes Ecclesie Parochiales & Capellae.


Et quod in collegiatis Ecclesiis Domini Coloniensis solus Dominus noster Dignitates & Praebendas haberet conferre.

Et istud fundatur tam in juris aequitate eo quod Episcopi Colonienses omnia Collegia in Dominio Coloniensi construxerunt & fundarunt quam pro communi utilitate ita videlicet quod Collatio hujusmodi Dignitatum & Praebendarum fiat per Episcopum fundatorem pro illis intraneis & nativis Domini idoneis quorum progenitores hujusmodi beneficia una cum Episcopis dotarunt per quorum institutiones servabitur pacis unio in populo & in clero & evitabitur periculum quod per institutiones Extraneorum indice facto comprobatur quin pro dolor his temporibus Principes sub Dioecesi Coloniensi existentes plus Ecclesie sunt offensores & emuli quam protectores & amici per quorum Subditos praebendatos impeditur in Ecclesiis rectum consilium & turbatur totius provisionis Ecclesiarum fundamentum. Et quia Reverendissimus Dominus noster in his moderandis paratus est se aequo dictamini Sanctitatis Vestrae conformare, dignetur Sanctitas Vestra desuper avisare & nos Vestrae Sanctitatis humiles informare qui juxta nobis traditum Mandatum erimus fideliter obsequi paratissimi.

V.

*Ordinatio Turni in Ecclesia B. M. V. ad Gradus Coloniae
de anno 1507.*

Nos Decanus & Capitulum Ecclesie Beatae Mariae Virginis ad Gradus Coloniensis. Ex certis causis animum nostrum moventibus statuimus & ordinavimus, ac in futurum inviolabiliter observari volumus & volumus, ut deinceps futuris temporibus Turnus nominandi personas idoneas ad Praebendas in turno ordinariorum in dicta Ecclesia nostra per obitum canonicorum ecclesie ejusdem vacaturas per singulares illius ecclesie personas



sonas canonicos capitulares residentes, & in plena fructuum, & capitularium perceptione existentes habeatur, & observetur. Ita, quod singulares personæ illius ecclesiæ canonici nominent capitulo prædicto personas ad Præbendas inibi vacaturas per capitulum supradictum conferendas in modum infra scriptum. Videlicet: quod quilibet canonicus residens, & in perceptione fructuum etiam capitularium existens, septem dies integros nominandi habebit, diem à media nocte incipiendo, & media nocte finiendo juxta juris communis ordinationem, & curiæ romanæ observationem, ita quod ad Præbendas, infra dictos septem dies vacantes, etiam si una vel plures fuerint, personam, quam mediente juramento credit idoneam, & ecclesiæ fore utilem capitulo supradicto nominabit. Et si idonea fuerit capitulum supradictum eidem personæ sic nominatæ Præbendam tunc vacantem sine difficultate, contradictione, oppositione, vel dilatione conferat, & illi de eadem providebit, ac in realem, corporalem, & actualem possessionem ejusdem inducet juribus & statutis dictæ Ecclesiæ alias in similibus observari solitis semper salvis.

Si etiam canonicus ut supra qualificatus errore forsan ductus personam minus idoneam capitulo nominaverit, tunc tam capitulum supradictum propositis causis inhabilitatis personæ nominatæ, quam canonicus nominatus sententiæ Diaconorum dictæ Ecclesiæ desuper ferendæ stabit, & illi parebit. & si per Diaconos supra dictos personam fore habilem & idoneam declaratum fuerit, capitulum supradictum illam admittet, & Præbendam vacantem illi conferet, ut supradictum est.

Si autem Diaconi dicti supradictam personam nominatam non fore admittendam declaraverint, tunc nihilominus capitulum supradictum eidem canonico nominanti gratiam faciens certum brevem terminum, infra quem aliam personam idoneam nominabit vel nominet, statuatur, vel præfigat, quo termino elapso & alia persona non nominata, vel ut supra minus idonea, & desuper, ut præfertur declaratione subsecuta capitulum supradictum de eadem Præbenda ea vice libere disponat, & illam conferat, eo modo, sicut hætenus est observatum. Si etiam nominatio, collatio seu provisio ad illam faciendâ etiam ob quamcunque causam effectum non fortiretur, præterea nominans alium terminum ea occasione non habebit, sed turnus suus eâ vice erit consumptus, & sequentes in ordine, prout ad nos respectively pertinebit, nominabunt, donec alius ordo ad nominantem prædictum revolvatur.

Eo autem modo turnus inchoabitur & observabitur.

Cum

Cum præpositus dictæ Ecclesiæ nostræ collationi beneficiorum in dicta ecclesia juxta juramenti sui tenorem interesse non debeat nec capitularis existat, neque vocem in capitulo habeat, Decanus ergo ejusdem ecclesiæ residens in perceptione fructuum etiam capitularium existens primis septem diebus personam ut supra qualificatam nominabit, post Decanum senior canonicus capitularis, & post eum alii canonici capitulares residentes ac in perceptione fructuum etiam capitularium existentes juxta ordinem receptionis eorum ad capitulum in Epitaphio capitulari desuper factio & fiendo, & in loco capitulari dictæ ecclesiæ ponendo in singulis capitulis generalibus annotando & innovando describuntur. & Turno nominandi revoluto iterum à Decano reincipiet & continuabitur ut supra.

Si etiam novum Decanum ad residentiam venire contigerit, ille tunc, ut alii canonici turnum suum intrandi & nominandi, ne ordo turbetur, expectabit.

Si autem canonicum in Turno nominandi existentem in turno suo decedere contingat, tunc canonicus sequens in ordine Epitaphii post illum ad illam nominabit præbendam vacantem, & dies obitus dicti canonici etiam quacunque horâ diei obierit pro prima die canonici sequentis computabitur, & alii dies sui ex tunc continuabuntur, illo ordine & reliquorum sequentium.

Verum quia Decanatus & Scholasteria supradictæ Ecclesiæ sunt electivi, si ergo Decanum aut Scholasticum ejusdem ecclesiæ in mensibus ordinario- rum decedere contingat, ex tunc capitulum ad Decanatum & Scholasteriam eligat, sicut hætenus est observatum, ad Præbendas autem, si quas habuerint, canonicus in turno nominandi existens modo præmissis nominabit. Si autem aliquem ex canonicis residentibus in Decanum eligi contingat, ille ex tunc non amplius ut Canonicus sed ut Decanus nominabit; & quoniam canonici bastonari vocem pro tunc in capitulo non habent, nec collationibus beneficiorum bastonio eorum durante interesse possunt, neque debent, nec ad hoc vocandi sunt, ergo turnum nominandi ut supra non habebunt. Si autem bastonio eorum finito ad residentiam venerint, tempus eorum, prout in Epitaphio sunt descripti, expectabunt. & tunc turnum nominandi sicut alii habebunt. Similiter canonici residentes non tamen capitulares eadem causâ præexpressâ turnum nominandi non habebunt, tempore autem expectantiæ eorum lapsa, & ipsis ad capitulum & perceptionem capitularium admissis turnum suum ut alii canonici qualificati habebunt. & ne ordo turbetur, in loco & ordine in Epitaphio prædicto præscripto intra-



bunt, & nominabunt. Similiter novi canonici ad residentiam de novo venientes, si capitulares fuerint, eundem ordinem intrandi ut supra observabunt.

Si etiam aliquem canonicum ut supra qualificatum in negotiis Ecclesie quantocunque tempore absentem fore contigerit, ille turnum suum nominandi habebit, ac si personaliter apud Ecclesiam resideret, procuratorem tamen canonicum dictae ecclesiae apud ecclesiam residentem in capitulo Canonicis capitulariter congregatis personaliter nominabit, qui absentiam suam durante in eventum, quo turnus nominandi canonicum in negotiis absentem contigerit, & praebenda aliqua vacaverit, propter periculum mora nominare possit, eundem tamen canonicum in capitulo sic nominatum ad evitandum fraudem & dissensionis materiam aliter quam in capitulo & capitulariter & personaliter revocare non debet. & si eundem aliter etiam coram Notario & testibus revocaverit, etiamsi revocationem insinuari fecerit, nihilominus revocatio hujusmodi debet pro invalida censi nisi personaliter eandem in capitulo faciat. Si etiam absentiam suam durante canonicum ad nominandum constitutum decedere contingat, eo casu per scripturam manus suae propriae capitulo alium nominare potest. Si autem aliquem canonicum residentem de licentia aut tolerantia capituli sive semel vel pluries infra annum fore absentem contingeret, dum tamen turnus nominandi, eum infra sex septimanas & tres dies ex statuto pro absentia dari solitos a diebus singulorum recessuum exclusivè computando, prout latius inferius specificatur, contigerit, ille turnum suum nominandi, ac si praesens fuerit, habebit, & retinebit, procuratorem tamen, ut supradictum est, constituet, si turnus nominandi eum absentiam suam durante contigerit. Si vero aliquis canonicus residens abfuturus ultra sex septimanas & sex dies se absentem fore crederet, extunc idem canonicus affuturus personaliter in capitulo & capitulariter licentiam abessendi petere debet, ut dies licentiae eo melius pro discordia vitanda annotari possint, & eo casu sex septimanas & tres dies a die licentiae petite exclusivè (die licentiae petite non computata) habebit. ita vero si ordo nominandi illis sex septimanis & tribus diebus currentibus eundem tetigerit, per procuratorem ut supra constitutum nominare potest, dummodo turnus nominandi infra illas sex septimanas & tres dies inceperit, licet infra idem tempus non finiat, ut propterea turnus & ordo non turbeur. Si etiam illis sex septimanis & tribus diebus lapsis absentia durante turnus & ordo nominari canonicum absentem tetigerit, extunc turnum nominandi non habebit, &



ne propterea ordo turbetur, in turno non computabitur, sed reliqui post eum, donec idem canonicus ad residentiam personalem venerit, & turnus ex ordine ad eum revolvatur.

Si etiam Canonicus modis præmissis absens sive ex injuriâ, sive ex proposito procuratorem ut supra non nominaverit, & turnus absentia suâ durante occurrente vacatione alicujus præbendæ eum tetigerit, extunc capitulum eundem canonicum ad septem dies, die vacationis præbendæ non computatâ, expectabit, an forte veniat, & personaliter nominare velit, illis lapsis capitulum de dictâ præbenda ea vice disponet, & capitulariter de eâ providebit, sicut hætenus fuit & est observatum.

Si etiam canonicum residentem in aliâ Ecclesiâ in Coloniâ, vel extra beneficiarum ad effectum in aliâ ecclesiâ residendi se absentare vel recedere contingat, ex tunc idem canonicus sicuti alibi residendi commodo & privilegio istius ecclesiæ gaudere non potest, ita quoque istis sex septimanis & tribus diebus alias absentibus vel recedentibus modo præmissis dari solitis non gaudebit. Prælati autem in Coloniâ in ecclesiâ nostra forsitan præbendati, in prælaturis suis forsitan residentes, si alias ut supra qualificati & capitulares fuerint, ac capitularia percipere poterunt & percipiunt, turnum nominandi sicut alii canonici capitulares habebunt. Si etiam aliquem canonicum bastonatum bastonio suo finito ad tempus forsitan expectare contingeret, quod nec bastonium nec licentiam peteret, eo casu etiam per illud tempus turnum non habebit, donec ad personalem residentiam venerit, & illam continuare velle capitulo intimaverit.

Cum etiam ex antiquâ hætenus observatâ consuetudine sit introductum, quod Archi-Episcopus Coloniensis de novo electus & confirmatus primarias preces ad singula capitula civitatis & diœcesis coloniensis pro primâ præbendâ ibi vacaturâ porrigere, capitulaque hujusmodi etiam illis precibus annuere, & primam vacaturam præbendam ad preces prædictas conferre soleant, si talis casus evenerit, tunc capitulum primam vacaturam præbendam in turno suo vacantem ad preces prædictas personæ, pro quâ preces hujusmodi porrectæ fuerint, libere conferet, contradictione canonici tunc nominantis non obstante, similiter si imperator vel Romanorum Rex primarias preces vel nominationes ad Ecclesiam supradictam porrexerit, si tunc præbenda vacans pro precibus hujusmodi acceptata, & possessio hujusmodi petita fuerint, cum eo casu capitulum nostrum sæpeditum hujusmodi precibus obedire teneatur, nominans etiam pro tunc precibus illis cedit & obediet, nisi periculo suo nominare, & capitulum præfatum



tum indemne servare voluerit, ut inferius latius specificatur. Si etiam præbenda in turno ordinariorum vacans fuerit forsan generaliter reservata, quod etiam per capitulum prædictum eo casu conferri non possit, si tamen nominans asseveret præbendam reservatam non esse, & ad illam personam idoneam nominare velit, si tunc dictus canonicus nominans nostrum capitulum præfatum indemne servare promiserit, capitulum supradictum ad nominationem ipsius canonici nominantis præbendam personæ nominatæ ut supra qualificatæ conferet, & illam in possessionem ejusdem inducat, juribus cujuscunque alterius salvis.

Quoniam Præbenda universitatis studii Colonienfis de secundâ gratiâ in utroque turno tam apostolico quam ordinariorum ex privilegio Sedis apostolicæ dictæ universitati concessô ad collationem capituli supradicti spectare & pertinere dignoscitur, si ergo dictam Præbendam in mense apostolico vacare contigerit, quo casu Turnus nominandi locum non habet, ne propterea defensionis materia oriatur, seu ordo turbetur, de istâ præbenda eo casu capitulum supradictum disponet, & illam ut hæctenus observatum est conferet, & providebit, ad illam autem in turno ordinariorum vacantem nominans pro tunc in turno existens personam qualificatam sicuti ad alias præbendas nominabit, & capitulum supradictum ad nominationem præfatum eam ut supra conferet.

Si etiam aliquis canonicorum ex causis eum moventibus præbendam, quam in dictâ Ecclesiâ obtineret, libere ad manus capituli supradicti resignare velit, tunc capitulum præfatum resignationem recipiet, & admittet, præbendamque illam libere conferet, & de eadem alteri providebit, prout hæctenus est observatum præfenti statuto de nominando non obstante, cum per hoc nominanti nullum fiat præjudicium, cum in voluntate & potestate resignare volentis existat, an tunc vel alio tempore, vel etiam non resignare velit.

Si etiam super turno nominandi vel illius occasione inter canonicos aliqua differentia oriatur, quod unus vel alter se in turno nominandi esse asseret, tunc coram capitulo differentiis hujusmodi propositis sententiæ Diaconorum super hujusmodi differentiis dicti canonici stabunt, & illi acquiescent, si autem illi stare & parere recusarent, ex tunc capitulum supradictum ad declarationem Diaconorum de præbendâ tunc vacante disponet, illamque conferet.

Et pro majori & firmiori robore, & statuti antedicti observantia statutum hujusmodi ita firmiter & inviolabiliter observari debere nostris juramen-



ramentis propriis tam capitulariter, quam singulariter pro nobis & successoribus nostris præstitis promissimus, & promittimus, ac eisdem juramentis roboravimus, per canonicosque dictæ Ecclesiæ tempore receptionis eorum ad capitulum de observando statuto hujusmodi juramentum præstari debere. Similiter statuimus & ordinavimus, ac per Sanctam Sedem Apostolicam approbari & confirmari fecimus. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum præsentem literas desuper fieri, & sigillo Capituli nostri, quo ad causas utimur, communiri iussimus & fecimus. Edictam autem fuit statutum die lunæ 15. mensis Martii, quæ cecidit in crastinum Dominicæ Latære Jerusalem, in Capitulo generali tunc observari solito. sub anno à Nativitate Domini 1507.

VI.

*Ordinatio Turni Ecclesiæ S. Andreæ intra Coloniæ de
Anno 1596.*

Nos Decanus & Capitulum Collegiæ Ecclesiæ S. Andreæ Colon. universis & singulis præsentem literas nostras visuris, lecturis & auditoris notum facimus & attestamus, per præsentem quod nos Anno, mense & Die infra scriptis in Domo nostra Capitulari, capitulariter ad infra scripta peragenda, uti moris est, solemniter convocati & congregati, Capitulumque ipsius Ecclesiæ nostræ facientes & repræsentantes, volentes Ecclesiæ nostræ paci & tranquillitati & evidenti utilitati in futurum consulere & providere animis nostris diligenti pertractatione revolventes, quod cum Canoniciatum & Præbendarum dictæ Ecclesiæ nostræ (quarum Collatio, provisio & omnimoda dispositio præservationibus tamen Apostolicis semper salvis, de jure & antiqua hæcenus inconcussa & inviolabiliter observata consuetudine ad nos spectare & pertinere dignoscitur) vacationis Casus occurrit, sæpe fiat, quod nos ea occasione à diversis principibus & Dominis tam Ecclesiasticis, quam Sæcularibus ac etiam nobilibus & spectabilibus personis per illorum Literas ac aliàs diversimodis super antedictis Canonicatibus ac Præbendis, ut eosdem intuitu & consideratione ipsorum certis personis, pro quibus ipsi preces suas interdum satis minaces insisterunt, & instant, conferamus multipliciter molestamur & gravamur adeo, quod aliquando personis minime notis, plerumque etiam Ecclesiæ non ita multum utilis, provideri contingit, nonnunquam etiam pluribus & diversis personis pro unis iisdemque Canonicatu & Præbenda pro tempore vacantibus (dum de uno non nisi uni provideri possit) reliqui se contemptos & indignè



digne habitos arbitrantur, ex quibus similtates & odia, variaque incommoda & pericula sæpius evenere & imposterum evenire posse non immerito formidat. Quare his & similibus incommodis quantum possumus, obviare, prævenire & consulere cupientes, ac ut Collationes & provisiones de Canonicatibus & Præbendis prædictis purè, libere & simpliciter absque alicujus impressione, & indignatione seu contradictione rite & canonicè fiant, & peragantur, suumque debitum votivum & optatum fortiantur effectum, providere quantum in nobis est, volentes de omnium nostrum unanimi consensu & expressâ voluntate pluribus maturis deliberationibus & tractatibus super hoc propterea habitis statuimus & hoc perpetuo atque irrefragabili pro nobis nostrisque successoribus in perpetuum duraturo Statuto pia voluntate & optimo zelo volumus & ordinavimus: Quod ex nunc & de cætero in Collatione & provisione Canonicatum & Præbendarum dictæ nostræ Ecclesiæ, si quos imposterum vacare contigerit, talis ordinatio turni observetur, ut in mensibus ordinariis, qui sunt Februarius, Aprilis, Junius, Augustus, October & December, Decanus (si primam annualem residentiam ratione Canonicatus compleverit, & in perceptione fructuum Præbendæ fuerit) & post illum Senior Canonicus & post eum alii Canonici Capitulares juxta ordinem receptionis eorum ad residentiam & Capitulum infra scripto modo qualificati habeant septem Dies integros ac media nocte hora duodecima juxta horologium majoris Ecclesiæ. Si infra immunitatem hanc vel in viciniâ proximâ utpote in gymnasio montano infra sedecim domos vel in aliqua Domo Capitulari seu ad Ecclesiam nostram vel hospitale spectante vel etiam in domo aliena in proxima tamen viciniâ sita quis moriatur, aut si alibi in remotiore loco à majori & nostra Ecclesiis deceaserit juxta horologium istius Loci diem incipiendo & finiendo, quibus septem Diebus ad vacantes & vacaturos Canonicatus & Præbendas in dicta Ecclesia nostra etiam si una vel plures fuerint Decano & Capitulo supradicto vel coram Notario & Testibus infra octo Dies à tempore notæ hujusmodi vacationis nominare possint & valeant, dummodo coram Notario & Testibus facta nominatio intra octo Dies Decano & Capitulo debite insinuetur. Nominatio autem fiet de talibus personis, quas ipsi nominantes credunt esse idoneas & qualificatas & Ecclesiæ utiles, quæ si idoneæ erunt, Decanus & Capitulum ipsis personis sic nominatis, Canonicatus & Præbendas vacantes, sine contradictione, difficultate, oppositione vel dilatione conferent, & illis de his providerent, ac in realem corporalem & actualem possessionem inducent, jure & statutis atque consuetudini-

ni & consuetudine & capituli & testibus infra octo dies à tempore notæ

bus



bus Ecclesiæ alias in similibus observare solitis semper salvis, si autem ille, qui in turno est, personam minus idoneam Capitulo nominaverit, Capitulum præpositis causis inhabilitatis personas nominatas desuper, Sententiam Diaconorum, qui in Ecclesia nostra novem esse debent, exquiret, ita tamen, ut Turnario & illius ordinato liceat Diaconum unum vel plures ex Capitularibus adjungere & eorum Sententia tam Capitulum quam turnarius acquiescent adeo ut si per eos judicatum fuerit personam nominatam esse habilem & idoneam Capitulum illam absque contradictione admit- tet, & vacantes Canonicatus & Præbendas illi conferet, sin vero Diaconum suis adjunctis personam nominatam inhabilem & ideo non admittendam esse pronuntiaverint, Decanus & Capitulum eidem Canonico nomi- nanti gratiam facientes sex dierum terminum, intra quem aliam perso- nam idoneam nominet, statuet & præfiget, quo termino lapsa & alia perso- na idonea non nominata, velut ante minus idonea (ut præfertur) de- claratione subsecuta Decanus & Capitulum ea vice vacantem Canonicatum & præbendam libere conferent eo modo, quo hætenus consuetum fuit, & hic indignum nominans alium turnum ista vice non habebit, sed turnus ipse consumptus censebitur, & sequentes in ordine suum turnum conti- nuabunt, donec in turno ad illum ordo revolvatur. Hujus autem turni capaces tantum erunt Dñs Decanus & Canonici Capitulares debite resi- dentes & in habitu, vita & moribus canonicè & honestè sese gerentes & in fructuum suorum Canonicatus & Præbendæ perceptione existentes ac de jure & consuetudine actu vocem Capitularem & ordinem sui gradus ha- bentes vel ordinem istum proximo tempore juris recipere possint & ve- lint, nam si quis excommunicatus, suspensus interdictus aut in præmissis defectuosus extiterit, aut balonium habuerit, vel diutius, nempe per sex menses & unum diem non resederit, & divinis officiis communiter non interfuerit, ille tempore publicationis novi turni circa Calendas Augusti ab hoc nominandi beneficio tam diu excludetur, donec istis impedimentis sublatis qualificatus ad Capitulum recipiatur, & turnus de novo (ut infra dicetur) circa Calendas Augusti renovetur, & ipse eidem turno tanquam ha- bilis & idoneus inferatur; si aliquem Canonicum ut supra qualificatum in negotiis Ecclesiæ scienter absentem esse contigerit, ille turnum suum nihilo- minus retinebit, ac si actu apud Ecclesiam resideret, & si in illo turno suo Canonicatus & Præbendas aut Vicarias vacare contigerit, ipse per literas vel scripto manus propriæ personas idoneas nominare poterit, intra octo dies à tempore notæ vacationis & Capitulo intra octo dies insinuare vel Procu-
c rato



ratorem Canonicum apud Ecclesiam nostram residentem legitime constituet, qui absentia sua durante in eventum, quo in turno Canonicatum & Præbendam vel Vicariam vacare contigerit, in Capitulo seu coram Notario & Testibus ut supra absentis turnarii nomine personam idoneam nominare possit, & Capitulo intra octo Dies hujusmodi nominationem insinuare. Et si constitutus ille procurator absentis decesserit, eo casu absens Canonicus poterit alium Canonicum procuratorem suum Capitulo nominare. Idem judicandum erit de his, qui de licentia isto tempore, quo secundum statuta Ecclesiæ nostræ abesse licet, in suis vel alienis negotiis occupati absentes fuerint, dummodo pro majore parte Anni resederint, vel ante Calendas Augusti suam residentiam adhuc complere possint & velint. Si autem aliquis ex his, qui Calendis Augusti pro habilibus & idoneis turno adscribuntur, postea dicto modo inhabilis fiat, & in ipsius turno vacantia incidant vel si turnarius ipse in suo turno decesserit, tunc sequens post illum ad vacantias istas nominabit, & iste Dies pro prima canonici sequentis diei computabitur & turnus eo casu statim mutabitur & ad sequentes in ordine de novo accommodabitur. eodem modo ad sequentem in ordine nominatio ad vacantes Canonicatus & Præbendas devoluta erit, si turnarius à die scientiæ notæ vacationis intra octo Dies non nominaverit. Sub hoc autem turno & Epitaphio nominandi non solum comprehendentur Canonicatus & Præbendæ in dictis mensibus Capitularibus vacantes & vacaturæ sed etiam Vicariæ in Colonia sitæ, quæ videlicet hætenus per Decanum & Capitulum simul conferri solebant. Verum quia Decanatus & Scholasteria ac Cantoria Ecclesiæ nostræ sunt electiva, idcirco quoties Decanatum aut Scholasteriam vel Cantoriam in mensibus prædictis ordinariè vacare contigerit, Capitulum Decanum & Scholasticum & Cantorem eliger, sicut hætenus est observatum; ad Canonicatus autem & Præbendas, si quis Decanus vel Scholasticus aut Cantor habuerint, in turno nominandi existens modo præmissis nominabit, sicut etiam illa Præbenda, quæ de secunda gratia vocatur, si in mense Capitulari vacaverint ad Turnarium pro tempore existentem illius nominatio de persona juxta Bullam apostolicam qualificata pertinebit, si in aliquo mense apostolico vacaverit, tunc nominabit ille, qui in ordine erit istius turni, qui in mensibus apostolicis super hac Præbenda eodem modo conficietur. Si autem aliquem ex Canonicis residentibus in Decanum eligi contingat, ille ex Turno non amplius ut Canonicus sed ut Decanus nominabit & ordinem nominandi ut Decanus expectabit. Scholasticus vero & Cantor turni capaces non erunt nisi tempore publicationis novi turni circa Calendas Augusti

gusti in prima annali residentia & perceptione fructuum Præbendæ fuerint. Ad Parochiales vero Ecclesias nostræ Ecclesiæ incorporatas Decanus & Capitulum nominabunt personas idoneas, ut hæcenus fecerunt. Imperiales nominationes vel regales aut Archiepiscopales Preces forsan ad Capitulum directæ, cum totum Capitulum afficiant, tamdiu Cursum, vim & effectum turni hujus impedire debent, donec istæ nominationes vel Preces fuerint consumptæ & turnarius Capitulum isto casu impedire non poterit. Similiter per nos constitutum & ordinatum est, si quis imposterum ex causis animi suum moventibus, Canonicatum & Præbendam aut Vicariam liberè ad manus Decani, Capituli vel Turnarii resignare voluerit, tunc nisi legitimum Canonicum impedimentum obtulerit, Decanus & Capitulum vel Turnarius istam resignationem admittent, Præbendamque vel Vicariam alteri conferent ut hæcenus fuit observatum præsentis statuto sive Epitaphio turni non obstante, cum per hoc turnario nullum fiat præjudicium, nam in voluntate & potestate resignantis est, utrum tunc vel alio modo aut tempore resignare velit. Si coram Turnario resignatio fit, & Turnarius ad resignatos Canonicatus & Præbendas atque Vicarias non coram Decano & Capitulo sed coram Notario & Testibus alium nominavit, tunc infra octo dies Decano & Capitulo publicari & omnia secundum statuta Ecclesiæ perfici debent; quoniam verò multum interest, quales Personæ ad vacantes Canonicatus & Præbendas atque Vicarias assumantur, ideo anxie & sollicite de augmento divini Cultûs, de Ecclesiastica Disciplina & publica honestate omnia circumspicientes statuimus & ordinavimus, quod à turnario nominandi debeant esse ex honestis parentibus & quoad Canonicatus stante matrimonio nati, honestè in pietate, fide, vita, moribus & literis educati & ab omni notabili vitio alieni sufficientis ætatis, ut ad minus decimum quartum ætatis annum exceßerint, competentis doctrinæ & eruditionis, qui post adeptam possessionem in catholicâ Scholâ sub probatis magistris libera studia continuare, & singulis annis circa Calendas Augusti sub Testimonio Præceptorum fidem nobis facere debent, quàm honestè se gesserint, & bonis literis & Ecclesiastico Cantui & divinis Officiis sedulam operam navarint, ad quos tamen non adstringuntur illi, qui proventioris ætatis & in rebus Ecclesiasticis atque Sæcularibus ac Literis exercitati sunt, quando ad Canonicatus & Præbendas atque Vicarias nominantur, nisi aliter in Foundationibus ipsorum cautum fuerit, quas foundationes merito observari volumus. Ad residentiam nemo admittatur, priusquam sacris Ordinibus initiati & aliis qualitatibus instructi fuerint, ut Foundationes & Statuta Ecclesiæ nostræ & sacri Canones requirunt; si etiam super Turno nominandi & aliis occasione aliqua dubitatio vel controversia extiterit, quod unus vel alter



se in Turno nominandi esse putaverit, aut simile quid, tunc coram Capitulo differentis ipsorum propositis, Diaconi & illi, quos forte colligantes ambo vel alter ipsorum Diaconis ex Capitulo adjungi petierint, super ipsis dijudicabunt, & sententiæ illorum dicti colligantes stabunt, & acquiescent.

Cui sententiæ si stare notuerint, Decanus & Capitulum de Canonicatibus & Præbendis nec non Vicariis tunc vacantibus disponent & conferent personis idoneis. Turnus autem hic initium habebit apud nos primo Die mensis Augusti, tunc enim annus juxta statuta nostra incipit & finitur, Diem computando ut præmissum, istam ordinationem nostram per modum perpetui & irrefragabilis statuti amore pacis & divini Cultus per nos conditam & erectam observari volentes.

Nos Decanus & singuli Canonici Capitulum ut præmittitur repræsentantes & quilibet nostrum de certa scientia & bona voluntate ad sancta Dei Evangelia pro nobis & Successoribus nostris inviolabiliter promissimus perpetuo observavuros & per Canonicos imposterum recipiendos, tempore receptionis suæ de observando hujusmodi statuto juramentum præstari debere, statuimus & ordinavimus, promittimusque statuimus & ordinamus per præsentem, quando quidem vero in Collegiis personæ sæpius mutantur & nihil tam perfecte & elaboratè conscribi potest, quod non novis subinde emergentibus casibus & dubiis nova declaratione indigeat, propterea ut omnis dissentionis materia inter Confratres evitetur, statuimus ut turnus iste quolibet anno circa Calendas Augusti per Scholasticum vel vice Scholasticum nostrum renovetur & futuro anno atque residentibus personis aptetur, & capitulariter omnibus legitime vocatis lectus & approbatus per Decanum & duos Seniores Canonicos subscribatur & in Archivium reponatur & exemplar in armario Ecclesiæ nostræ suspendatur; quicumque eo tempore Capitularis residens aut qualificatus non est in hoc Epitaphio non adscribitur, & isto turno turnum non habebit, sed Calendas Augusti proximas patienter expectare cogetur.

Acta & conclusa sunt hæc in Domo nostra Capitulari, dicto modo & forma Anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo sexto pridie Calendas Augusti. in quorum omnium & singulorum fidem præsentem Literas per providum & Eruditum Guilhelmum Hochstein jurium Baccalaureum & Secretarium nostrum desuper fieri & conscribi sigilloque nostro, quo ad causas utimur, jussimus & fecimus communiri.

Ex speciali Commissione & Mandato

R. Venerabilium, Doctissimorum, Eruditorum & Discretorum DD.
Decani & Capituli Collegiæ & Ecclesiæ S. Andreæ præd. Wil-
helmus Hochstein Notarius publicus & Capituli Secretarius mppr.



VII.

Abrogatio Turnorum in Diœcesi Colon. Anno 1606.

ERNESTUS Dei & apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Colonienſis. Paſtoralis vocationis & officii noſtri memores & cupientes Eccleſiarum noſtrarum tranquillitati, paci & honeſtati conſulere, certam rationem eorum habendam exiſtimavimus, qui primum ad eccleſiaſticum ſtatum admittuntur. Cum ad catholica doctrinæ conſervationem ac propagationem plurimum interſit, non ſolum quali converſatione vita & moribus & exemplo ſint illi, qui eccleſiaſtica Beneficia, Dignitates, Functioneſque majores & publicas in Eccleſia & Domo Domini jam adminiſtrant, ſed & qualem illi de ſe virtutis, induſtriæ ac bonæ frugis exſpectationem præbeant, qui jam primum in ſortem & hæreditatem Domini cooptantur, in prima ſiquidem beneficiorum eccleſiaſticorum nominatione, collatione ac proviſione aditus aperitur & oſtium, per quod via ad majora eccleſiaſtica munia patet, cujus quidem oſtii quando vigilantes prudentes & zeloſi cuſtodes adhibentur, tunc florens eccleſiarum ſtatus conſervatur, ac proinde in beneficiorum eccleſiaſticorum nominatione, proviſione & inſtitutione pia ac religioſa mente attendendum, non quid caro & ſanguis, quid affinitatis & amicitia conſuetudo, quæ juſtum & ſincerum judicium obſcure ſolent, ſed quod graviffima eccleſiaſticæ functionis dignitas & neceſſitas hoc præfertim corrupto ſeculo poſtulat, Equidem florens eccleſiarum ſtatus minus conſervatur & perit, quando pueri minus quandoque noti ad eccleſiaſticum ſtatum male educati, quos nulla eruditionis aut modeſtiæ argumenta commendant, pro privato unius Turnarii minus discreto judicio, nulla doctrinæ, virtutum, ætatis aut meritorum conſideratione habita, ſed ex profano conſanguinitatis, munerum frequenter etiam illicitarum pactio- num reſpectu contra divina & humana jura, tum etiam laudabilem majorum noſtrorum conſuetudinem ad Canonicatus & Præbendas certis menſibus vacantes aſſumuntur, cui certe deterrimo vitio prima apoſtolica eccleſia ſancto & religioſo conſilio ſe oppoſuit, quando Diaconorum & Miniſtrorum electionem non uni privatae perſonæ ſed communitati conceſſit, cujus quidem apoſtolicæ & primævæ Eccleſiæ ſanctis veſtigiiſ in hærendo, ut impoſterum Collegia & Eccleſiæ ab his & ſimilibus incommodis liberentur, nominationes, collatio- nes & proviſiones Canonicatum, Præbendarum, Paſtoratum & Officiorum, ut pure, libere & ſimpliciter abſque ulla fraude & dolo & ſine unius impres- ſione aut aliquo privato & ſiniſtro ſtudio poſthac ubique ſiant & de communi
totius



totius collegii consilio juxta laudabilem & antiquam consuetudinem, suam debitum & publicam Ecclesie utilitatem, honorem & decus promoventem sortiantur effectum, ordinamus & hoc perpetuo irrefragabili Decreto, pia voluntate statuimus ex nunc & de cetero, quod in nominatione, collatione & provisione Canonicatum, Præbendarum & Pastoratum, quæ imposte- rum mensibus collegiorum quovis modo vacare contingeret, Turnorum & Turnariorum & nominatorum nominationes ac præsentationes penitus & omnino sint abolitæ, abrogatæ & cassatæ, & proinde nullus Turnantium aut Nominantium vel expectativarum catalogus posthac amplius conscribi, in Capitulis vel alibi promulgari aut ulla ratione asfigi debeat, quavis contradictione & exceptione postposita. Volumus autem, & præsentium seriò ulterius statuimus, quod Canonicatus & beneficia idoneis & bene qualificatis personis imposte- rum conferantur, nominationes ac aliæ de iisdem dispositiones in mensibus capitularibus toties quoties vacaverint, penes Decanos & Abbatissas & Capitula existant, quæ non alium nominare & investire poterunt, quam talem qui qualitates à Concilio Tridentino præscriptas habeat, in talibus autem nominationibus scrutatores erunt ipsius loci & capituli Decanus, in quo nominatio fiet cum alio alterius collegii proximi Decano ad hoc à Decano & Capitulo peculiariter requisito, aut si in eodem loco sive oppido plura collegia non fuerint, Decano adhibendus erit Scholasticus cum Seniore ad capituli ejusdem discretionem, qui secreti tenaces erunt, scrutiniis acta nulli omnino communicabunt, ne autem collegia vel capitula in nominationis, præsentationis ac investituræ actione magnarum & spectabilium personarum litteris aut potentiorum intercessionibus impediatur, aut per hunc vel similem incidentem casum ignotis aut minus idoneis personis quovis modo graventur, volumus & districte mandamus, ut nominationes tales primo post vacationem aut alias primo post cognitionem die per scrutinium statim instituantur, quod ut legitime fiat, nulli admittendi intercessores, nullæ hoc nomine litteræ scriptæ capitulo seu collegio ante nominationem eo ut præcipitur modo peractam resignentur aut legantur, quod si autem contingat super duabus vel pluribus personis dissidentia aut paria canonicorum vota existere, penes Decanos & Abbatissas potestas erit personarum in capitulo vel collegio propositarum quam magis idoneam judicaverint, unam eligere, ac alteri vel aliis præferre, eidemque de canonicatu & præbenda pro tempore vacante rite providere ac eandem illi conferre, & quia permutationes plerumque fiunt, & in his aliquando per injuriam abusus commissus sit, ordinamus & mandamus, ut nullæ permutationes fiant, quæ hisce nostris constitutio-

stitutionibus contrarientur, sed potius his omnibus conveniant, atque hanc quidem ordinationem nostram per modum perpetui & irrefragabilis statuti ab omnibus in civitate & Diœcesi nostra Colonienſi ad gloriam & honorem omnipotentis Dei & animarum salutem & eccleſiarum & studiorum conſervationem ſine contradictione obſervari volumus, ſtatutis, conſuetudinibus, ordinationibus ac Decretis aliisque contrariis quibuscunque non obſtantibus. In quorum fidem præſentes hæſce litteras dilectiſſimi Nepotis & Coadjutoris noſtri Domini Ferdinandi Bavariz Ducis &c. manu propria ſubſcriptas Sigillo archiepiſcopali muniri curavimus. Datum in civitate noſtra Bonnenſi ipſa Dominica Jubilare Anno Domini MDCVI.

VIII.

Apoſtolica confirmatio Turnorum abrogationis anno 1607.

DAULUS PP. V. Ad perpetuam rei memoriam. Iſ nos decet apoſtolice confirmationis robur libenter adicere, quæ ab Eccleſiarum Prælatiſ pro Eccleſiarum ipſiſ ſubjectarum tranquillitate & proſpero ſtatu provide ordinata fuiſſe noſcuntur; Accepimus ſiquidem venerabilem Fratrem Erneſtum Archiepiſcopum Colonienſem ſacri Romani Imperii Principem Electorem Eccleſiarum ſibi ſubjectarum tranquillitati, paci & honeſtati conſulere cupientem, modum circa nominationem, collationem & proviſionem Canoniatuum, Præbendarum & Paſtoratum, quæ in poſterum in menſibus Capitularibus quovis modo vacare contigiſſet abrogando conſuetudinem Turnorum & Turnariorum præſcripiſſe in hanc, quæ ſequitur, formam videlicet:

ERNESTUS Dei & apoſtolice Sedis gratia &c. (infera legitur ordinationo præcedens) — Cum autem ipſe Erneſtus Archiepiſcopus attendens, ea majoris roboris firmitatem obtinere, quæ apoſtolice Sedis patrocinio muniantur, præinſertum ejus decretum apoſtolice autoritate perpetuo confirmari deſideret. Nos ipſius Erneſti Archiepiſcopi precibus, ejus nomine nobiſ deſuper decretis, benigne annuentes, ejusque pjeratem, divini Cultus zelum, ac paſtoralem ſolicitudinem in hoc commendantes; ſupplicationibus, ejus nomine ſuper hoc nobiſ humiliter porrectiſ inclinati, præinſertum decretum, omniaque in illo contenta, de Conſilio venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis & conſultationibus Episcoporum præpoſitorum, apoſtolice autoritate tenore præſentium perpetuo

con-



confirmamus & approbamus, illisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos, juris & facti, aliosque defectus, si qui in eisdem intervenerint, supplemus, ipsumque decretum, & in eo contenta quæcunque, ab omnibus, ad quos spectat & in futurum spectabit, inviolate perpetuò observari debere, sicque ab omnibus cense-ri, ac ita per quoscunque judices ordinarios & delegatos, etiam causarum palatii apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & autoritate, judicari & diffiniri debere, ac irritum & inane quicquid secus super his, à quoque quavis autoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus; Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, & quarumvis Ecclesiarum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis, quoque indultis, & literis apostolicis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatarum derogatoris in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & approbatis. Quibus omnibus & singulis eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die 9. Junii MDCVII. Pontificatus nostri anno Tertio.

SCIPIO COBELLUTIUS.

IX.

Ordinatio Turmi in Ecclesiâ S. Georgii intra Coloniâ 1639.

Martinus Alitzer miseratione divina electus ArchiEppus Cusentinus Ssmi Domini nostri Domini Urbani divinâ Providentiâ Papæ 8vi & ejusdem S. Sedis ad tractum Rheni & alias inferioris Germaniæ partes cum potestate Legati de Latere nuntius dilectis in Christo dominis Seniori & Capitulo Collegiæ Ecclesiæ S. Georgii Coloniensis salutem in Domino sempiternam.

Sedes Apostolica gratiarum provida dispensatrix semper ad ea favorabili inclinât intuitu, quæ ipsa sui æquitate & honestate commendantur. Sane nobis exponi fecistis, quod cum supra laudabiliter pridem stabilitis particularibus Ecclesiæ nostræ statutis & consuetudinibus collationem seu nominationem canonicatum & præbendarum ejusdem Ecclesiæ certis mensibus vestræ dispositioni reservatis concernentibus diversi abusus excessus

&



& vitio temporis irrepissent, ex quibus contentionum inter vos & discordiarum materia resultabat, proinde matura deliberatione prævia & concordante omnium vestrum sensu iisdem prudenter ea ratione obviandum duxistis, quæ per capitularem vestram tenoris sequentis reformationem dignoscitur, videlicet:

In nomine Domini Amen. Nos Henricus Immendorff, Senior & Scholasticus, Antonius Dassen ChoriEppûs, Tilmannus Dimerius, Joannes Aldenhofen, Hubertus Jourmius, Petrus Bronsemius Ss, Theologiæ Licentiatus, Paulus Hellmann, Jacobus Grafs, Antonius Eggerath, Joannes Pagenius, Henricus Immendorff junior, Joannes Repgens, Petrus Grafs, Jacobus Lenichius, Christianus Grüter & Jacobus Bach Canonici Capitulares Ecclesiæ S. Georgii Colonienfis, capitulumque ipsius Ecclesiæ nostræ pro nunc facientes universis & singulis ad infra scripta interesse habentibus salutem in Domino sempiternam.

Docti experientia rerum magistra, quod propter humani ingenii exiguitatem (multas enim formas edere natura novas deproperat) fidelitatem incognitam propterque delictorum copiam ullæ leges ita scribi possunt, ut correctione & reformatione non indigeant, & licet juxta Ulpianum J. C. ab eo jure, quod diu æquum visum est, temere non sit recedendum, attamen juxta consilium Innocentii 3ⁱⁱ non debet reprehensibile judicari, si secundum varietatem temporum statuta quandoque varientur humana, præsertim cum urgens necessitas id exposcat, nonnulla tamen mutavit in novo, unde & de legum & de constitutionum essentia est, ut temporis convenient. Sane à prædecessoribus nostris plura ac diversa successive ratione collationum seu nominationum ad canonicatus & præbendas in mensibus capituli ordinarie vacantium novimus edita statuta & constitutiones, quæ certe ad finem, quem prætendebant, non collimarunt, sed multo magis ut pronum est, genus omne humanum in pejus declinarunt, hinc tot inter confratres animorum dissensiones præteritis annis exortas novimus, tam copiosam rancoris & odii inter confratres alendi materiam vidimus, tot sinistra aliorum judicia audivimus, quibus & hoc accedet, quod importunæ quorundam principum & prælatorum preces tanta cum instantia fiant, ut libertas fere tolleretur votorum.

Idcirco cum ad præsens nostræ curæ imminere non ignoremus per reformationis & correctionis nostræ opportunæ suffragium similia tollere, lites auferre, altercationem suppressere, animorum dissensiones conciliare, conspirationibus obviam ire, rancoris odii que fomenta extinguere, necnon
d
per



per providi cultoris farculum obscura fuccidere, vitia extirpare, virtutes inferere, excessus morumque corruptelas corrigere, ac demum votorum libertatem procurare, hinc est quod nos senior & capitulum memorati volentes, quantum in domino possumus, hujusmodi dispendiis congruo remedio obviare, nostra in hoc & Ecclesie nostrae utilitate pensata die & hora infra scripto, propterea in loco nostro consueto capitulari, capitulo ad hoc pridie per juramentum indicto, capitulariter in simul congregati vocatis ad hoc vocandis, qui debuerunt, voluerunt ac potuerunt interesse tractatibus ac deliberationibus multis, maturis ac diversis, accedente etiam jurisconsultorum responsionibus & consultationibus antea desuper praehabitis, pro nobis & successoribus nostris unanimi voto concordique consensu voluimus, statuimus & ordinavimus, sicque nos irrefragabiliter observaturos promissimus praesentium tenore etiam juramenti nostris desuper per nos Seniore in manus D. Antonii Dassen, Subsenioris perque ceteros ante dictos in senioris manibus praestitis promittimus, & spondemus, nec non advenientes Confratres imposterum, ut idem tempore admissionis suae ad possessionem praestent, sub juramento adstringimus, quod & nunc & antea imo perpetuis futuris temporibus ad Canonicatus & Praebendas Ecclesiae praefatae nostris dispositionibus & collationibus ordinarie vacaturae singulae personae capitulares apud ipsam ecclesiam nostram personaliter residentes licet non infra immunitatem, dummodo fructus praebendarum suarum percipiant, ac corporaliter deserviant, nisi publice excommunicati, interdicti, aut ab officio & beneficio suspensi successive modis & formis infra designandis, personas idoneas, qualificatas, non enormiter caecutientes nec caecas nec graviter luscas, non surdas, claudas, gibbas, aut alias insigniter deformatas, vel corpore vitiatas, non natalibus aut fama laborantes, hoc est judicialiter convictas, non illegitimos servilisque conditionis filios, quantumvis desuper superiorum dispensationes generales & amplas habuerint, nisi in iis hujus ordinationis mentio specialis habeatur, sed multo magis qualificados ultra aetatem jure communi requisitam tres annos habentes id est 17 annorum clericos de facto ad minimum philosophiae studiosos, qui tamen ante finitum studium philosophicum ad residentiam personalem non admittentur, iusto etiam & legitimo matrimonio natos prout de facto, volumus, statuimus & ordinamus. Et quos apud ecclesiam nostram probabiliter residere crediderint, nominare seu praesentare poterunt, ac debent, quos sic nominatos & praesentatos dum tamen ut profertur habiles & apti fuerint, nos sine replicatione & contradictione cujuslibet, indilate
cum



cum se facultas obtulerit viva voce eligemus, ac recipiemus, vacantesque canonicatus & præbendas sic nominatis & præsentatis conferemus, ipsosque seu illorum legitimos procuratores ad actualem & realem possessionem falvis tamen in & per omnia ecclesiæ nostræ statutis & consuetudinibus admittemus, & admitti faciemus, de modo autem faciendi nominationem seu præsentationem hujusmodi sic statuimus & ordinamus, quod quælibet persona capitularis quemadmodum præscribitur, residens & capitulariter deserviens incipiendo à decano, dummodo canonicus sit & fructus præbendæ deserviat. Habens namque dignitatem vel personatum sine canonicatu non habet vocem in capitulo, ut docet Innocentius IV. ad C. in ecclesia 2. H. de institutionibus, atque sic ulterius senior & quilibet canonicus capitularis secundum gradum sui introitus descendendo in mensibus ordinariis 7 dies habeat utiles, videlicet à mediâ nocte ultimi diei apostolici proxime semper effluxi & elapsi computando, diesque inchoando, ut si infra ejusmodi 7 dies canonicatus & præbendas aliquot vacare contigerit, & tunc talis capitularis hujusmodi 7 dies habens infra alios 7 dies notitiæ à tempore defuncti canonici computandos personam aptam ut profertur, nominabit seu præsentabit prævio tamen corporali juramento in & ad manus domini decani aut eo deficiente pro tempore senioris canonici præstando, quod circa hujusmodi nominationem seu præsentationem nulla simoniaca, aut alia illicita pactio intervenierit, quem nos sic nominatum seu præsentatum indilate & unanimiter in confratrem recipiemus, receptumque in possessionem inducemus seu induci faciemus, non obstantibus quibuscumque: si vero talis nominatus seu præsentatus inhabilis aut non qualificatus, ut præfertur, inventus fuerit, quam inhabilitatem arbitrio diaconorum ecclesiæ nostræ dijudicandam relinquimus, & nominans seu præsentans infra alios 6 dies tunc proxime & immediate sequentes aliam personam debite qualificatam non nominaverit, tunc pro eâ vice duntaxat dispositio hujusmodi canonicatus & præbendæ vacantis ad commune capitulum plenarie spectabit, sine illius aut alterius cujuscunque contradictione. Hæc etiam capitulares personæ, quæ in negotiis ecclesiæ nostræ seu peregrinationis causa aut alias infra illas 6 hebdomadas & 3 dies, quibus ex antiqua ecclesiæ nostræ consuetudine canonicus singulis annis extra Coloniam sine præjudicio abesse potest, perita tamen & obtenta prius abessendi licentia, legitime abesses fuerint, poterunt per se si velint, aut procuratorem suum canonicum & confratrem in capitulo personaliter ad hoc constituendum, necnon sufficienter & specialiter in scriptis instructum, si eas infra abessendi licentiam ordo 7 dierum ad minus incipiendo, licet non finiantur attigerit, & canonicus




catus aliquis & præbenda vacaverit, tunc etiam sua nominatione seu præsentatione uti & frui, & illam infra 8 dies à tempore notitiæ mortis canonici defuncti continue computandos facere poterunt, ac si personaliter præsentem essent, eundem tamen confratrem procuratorem in capitulo sic nominatum ad evitandam fraudem & dissensionis materiam nonnisi in capitulo & personaliter revocare debet, etsi eundem etiam coram notario & testibus revocaret, vel etiam revocationem insinuari faceret, nihilominus revocatio hujusmodi invalida habeatur, ultra tempus vero prædictum sive per bastonium seu per dispensationem seu per contumaciam seu per gratiam capituli aut alio quocunque modo absentes & Colonia non residentes, sicut & quod Deus clementer avertere dignetur, si aliquis Confratrum phrenesi perpetuam afficeretur, cum illis id jura negent, nisi dilucida habeantur intervalla, ab hoc privilegio nominandi seu præsentandi excludimus & exclusos teneri dicimus.

Siquis autem infirmitate aliqua pressus rationis usu privaretur & ordo interim 7. dierum eum attingeret, & canonicatus & præbenda vacaret, ne detur afflictio afflicto capitulum patienter terminum juris expectabit, ut nisi infra 5. menses sanam mentem reversam ad vacantem canonicatum & præbendam nominaverit & præsentaverit, & tunc pro illa vice vacaturæ collationi subiecta erit capitulari, alias autem nulla infirmitas quantumvis perpetua (lepra excepta) dummodo usus rationis adsit & pro deserviente canonico capitulari in Colonia residente habeatur, impedimento erit aut esse debet, quominus suas nominationes & præsentationes ore tenus aut in scriptis manu & sigillo propriis munitis facere possit ac valeat, rursus, casu, quo aliquis confratrum inopinato in confinio dierum, dum hujus desinunt, illius vero incipiunt, morte subitanea decederet, ita, ut facti veritas evidenter elucere non possit, volumus, statuimus, & ordinamus, ut nisi dicti 2. canonici infra 6. dies invicem super præsentatione concordent, & tunc vacatura ista pro ista vice capitulo vacare debeat, & ad eandem communiter ut antehac consuetum fuit, disponet si ulterius etiam super nominatione seu præsentatione vel illius occasione inter confratres aliqua differentie oriretur materia, tunc coram capitulo differentis hujusmodi propositis sententiæ Diaconorum DD. Canonici litigantes stabunt, ac illi acquiescent omni appellatione postposita, & si stare aut parere recusaverint, & tunc capitulum ad declarationem Diaconorum de præbenda tunc vacante disponet, præterea si diebus distributis aliquis ante adventum dierum suorum vita excederet, aut ultra 6. suas hebdomadas & 3. dies abesset, dies isti defuncto



functo vel absentis adscripti cedant sequenti in ordine, & proximiori, sicut & si quis in ipsis sibi adscriptis diebus moreretur, proximior in ordine ad vacantem tunc nominabit & presentabit, & sic à die illo sequentis in ordine confratris primus suorum 7. dierum incipiat, insuper ut quælibet capitularis persona ecclesiæ nostræ prædictæ suorum 7. dierum, sui que nominandi seu presentandi ordinis plenam & indubitatam certitudinem habere valeat, præmissaque etiam omnia & singula in recenti memoria conserventur, ne propter incertitudinem & oblivionem occasione præmissorum aut post vel ante horam noctis 12. obierit, ullocunque tempore lites, controversiæ aut dissensionum materiæ oriri valeant, cupiditas effrenata sui prodiga, pacis æmula, mater litium, materia jurgiorum tot quotidie litigia generat, ut nisi providentia conatus ejus adjuvante justitia sua virtute reprimeret, & quæstiones ipsius implicatæ explicarentur jus humani fœderis calumniantium & litigantium abusus extingueretur, & dato repudiî libello concordia extra mundi terminos exularet, adeoque perpetuâ hac valitura lege decernimus, ut in tribus capitulis de post inviolabiliter observandis videlicet 1ma feria 4ta mensis Septembris, Octobris & Decembris. Item in capitulo in primo Februarii & Aprilis, ac demum 1ma feria 4ta mensis Maji, Junii & Augusti mensium dies juxta numerum & qualitatem dierum hujusmodi cuilibet personæ capitulari ac D. Decano (si sit canonicus deserviens) alias à seniore incipiendo usque ad juniorem canonicum, uti prænarretur qualificatum sui dies in scriptis adscribantur, annotentur, & publicè in loco capitulari, tunc duo distributi menses in tabellâ affigantur, eademque distributio nihilominus in certum quendam librum recludendum fideliter describatur, & ne ullus ignorantiam hujus ordinationis prætereundum possit, presentem ordinationem nostram in primo Capitulo mensis Maji per juniorem canonicum presentem altâ & distinctâ voce prælegendam dicimus & ordinamus. Ad hæc autem omnia & singula perpetuis temporibus firmiter exequenda ac ordinanda ac pro rerum statu immutanda & reformanda RR. DD. Confratres nostros cellarium & presentarium pro tempore existentes nominamus & statuimus, ut isti divisionem dierum, eorumque toties quoties opus fuerit, renovationem in vim juramentorum nobis ratione officiorum suorum præstitorum curent quàm diligentissime, habituri potestatem unum aut 2. Confratres adsumendi, qui ad duplicem eorum requisitionem dummodo notoriè impediti non fuerint, consilium & auxilium pro posse & nosse DD. Officiantibus hæc in casu impendant. Porro si post aliquot prædictorum capitulorum dies aut hebdomadas novus aliquis canonicus



cus ad residentiam admissus, vel certe ex hæcenus ad residentiam admissus & capitularibus sumpto bastonio post annum reversus, aut tandem aliquis ante hac residentium vigore præfatarum constitutionum exclusus, cessante impedimento recipiendus & loco suo reponendus sit, talem canonicum ordo nominandi aut præsentandi, ut præexprimitur, non tangit, nisi postquam in sequenti generali Capitulo sibi fuerint etiam 7. dies deputati & assignati. Si etiam aliquem ex canonicis evehi contingat ad Decaniam, ille ex tunc assignatis sibi in ordine diebus, ne ordo turbetur, utetur usque ad proximum sequens generale Capitulum. In illo itaque si ordo ad juniorem usque devenerit, & absolutus fuerit, & alias ex tunc in honorem dignitatis suæ imposterum cæteris omnibus Confratribus præferretur dummodo, ut supradictum est, canonicus sit deserviens & permaneat, resignando namque canonicatum nullis diebus post hæc gaudere poterit; excipimus à præmissis illos canonicatus, pro quibus regales regum Romanorum, nec non pro quibus primariæ RRmorum DD. Archiepiscoporum Colonienf. legitime instantium preces, quas in singulis Capitulis, & Collegiis civitatis & diœcesis Colonienfis post suas Electiones facere consueverunt, nobis porrectæ ac debite insinuatæ fuerint; tunc enim ordinatio præfens suspensa erit, cum hujusmodi Precibus ex observantiâ obedire teneamur, donec & quousque preces prædictæ debitum suum sortiantur effectum. Resignationes item excipimus ad manus capituli aut superiorum factas nisi expresse ad manus nominationem seu præsentationem habentis fierent, & quia permutationes in mensibus capituli autoritate superiorum admittas absque contradictione ejus, qui præsentationem ratione dierum habet, fieri posse, scimus eapropter ab hac ordinatione nostra & has quoque excludimus. Similiter omnia beneficia curata, & curam animarum habentia, sicut & præbendam secundæ gratiæ, quorum collatio ad commune spectat capitulum; postremo ab hac nostra ordinatione decernimus, excludenda dignitatem & officia, ut Decanatus, Scholasteria, Choriepiscopatus, nec non laicales præbendas Campanariorum & choralium quæ semper, ut ab antiquo, per commune conferentur capitulum; cæterum pro majori & firmiori ordinationis præfatæ robore & observantiâ præter præfita ut præfertur capitularia & singularia juramenta præsentés litteras desuper fieri, & Sigillo capituli nostri quoad causas utimur, communiri fecimus. Actum & statutum in Domo nostrâ Capitulari die 29. Julii 1639.


Quas quidem ordinationes veras sicut eadem expositio subjungebatur futuris successive temporibus, inconcussas, immutabiles servari & conformes veræ inten-

tentioni exitus fortiri, nobis humiliter supplicari fecistis, ut eisdem apostolicæ
 Confirmationis & authoritatis, qua fungimur hac in parte, robur addere dig-
 naremur. Nos igitur quibus cordi est, ut omnia deinceps in supradicto
 capitulo vestro tollantur incentiva dissensionum, attendentes deliberatè per
 vos constitutionis rectitudinem, vosque & vestrum quemlibet à quibus-
 vis excommunicationis, suspensionis & interdicti aliisque ecclesiasticis sen-
 tentiis, censuris & pœnis à jure vel ab homine quavis occasione vel cau-
 sa latis, si quibus quomodolibet innodati existitis, dummodo in illis per
 annum non inforderitis ad effectum præsentium duntaxat consequendum
 harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplica-
 tionibus inclinati per insertam eo, quo permittitur sine & effectu dunta-
 xat reformationem sub ea, quâ jacet verborum forma (dummodo nemini
 in præsentiarum jus sit quæsitum cui per hanc innovationem præjudicium,
 quod nullo modo intendimus inferri posset) apostolicæ approbationis sub-
 sidio & semper duratura firmitate muniendam duximus; prout præsen-
 tium virtute munimus, & eandem laudabilem validis innixam fundamen-
 tis, & exacta perpetua & inviolabili observatione dignam censemus, prout
 imposterum stricto jure & omni ambigua & sinistra interpretatione post-
 posita eandem observari apostolica autoritate decernimus consuetudinibus
 & capituli vestri moribus alias servari solitis cæterisque in contrarium facien-
 tibus non obstantibus quibuscunque, volumus autem, si aliquo corporis,
 famæ, natalium aut quolibet alio defectu & vitio laborantes ad Canonica-
 tus & Præbendas hujusmodi nominari contigerit, & apostolica desuper dis-
 pensationis adminiculo suffulti sese præsentarint, per expressâ in reforma-
 tione vestrà super superiorum in simili casu Dispensationibus conditionata
 clausula: De facienda in dispensationis litteris præfatæ ordinationis vestræ
 mentione speciali. Sacræ Sedis apostolicæ nullatenus afficiat dispensatos,
 in quorum omnium & singulorum fidem præsentem manu propria subscrip-
 simus & Sigilli nostri jussim appendione communiri. Datum Coloniz
 30. Julii anno Domini MDCXXXIX. Pontificatus Ssmi D. N. Urbani
 Papæ VIII. Anno XVI.

Martinus electus Archiepiscopus Cusentinus Nuntius de Mandato
 Illmi Dni mei,

Hermannus Bex.

X.



Ordinatio Turri in Ecclesia S. Cuniberti Colon. 1640.

Nos Joannes Maes S. Th. L. Decanus, Gerhardus Rickel Senior, Fridericus Reid, Petrus Starck, Arnoldus Seegen, Wilhelmus Fritzerus, Cornelius Canterus S. Th. L. Philippus Mockel J. U. L. Choriepiscopus & Thesaurarius, Franciscus Binsfeld S. T. L. Godefridus Damiani Cellarius, Hermannus à Lennep, Arnoldus Nick S. T. L. Joannes Biet, Albertus Rensing J. U. L. Scholasticus, Wiricus Pinguis Pastor, Petrus Spicherus, præfentarius, Canonici Capitulares Collegiatae Ecclesiae S. Cuniberti.

Quandocunque occasione collationum seu nominationum ad canonicatus & præbendas in mensibus capituli ordinarie vacantes plerumque graves periculosa & ipsi capitulo animorum oriuntur dissensiones, foventur conspirationes, & quandocunque confratrum separationes vix reconciliabiles exsurgunt, unde fraterna ista confidentia, quæ vel maxime in dirigendis communibus capituli negotiis necessaria est, conservari difficulter potest, & præter hoc in hujusmodi vacaturis propter diversas & complures etiam de capitulo bene meritorum & quandoque magnatum instantias capitulares ad nauseam gravari solent, cum tamen nonnisi uni in vacatura satisfieri possit cæteris se contemptos existimantibus, atque ita, dum unius acquiritur favor, plurium sæpe capitularium & aliorum causantur alienationes & invidiæ, idque communiter non absque gravi ecclesiae periculo & detrimento, hinc volentes hisce aliisque inconvenientiis, quantum in nobis est, obviare, altercationes confratrum & scissuras animorum, eorumque occasiones tollere, ac veram charitatem fraternam & confidentiam introducere, Deum divinumque honorem & ecclesiae nostrae utilitatem non privatum cujusque commodum aut interesse præ oculis habentes maturo pravo consilio & diversis desuper habitis consultationibus in domo nostra capitulari consueta capitulo in istum finem pridie per juramentum indicto vocatis ad hoc omnibus vocandis, qui potuerunt, debuerunt & voluerunt interesse, legitime congregati, & capitulum representantes unanimi voto & concordii omnium consensu volumus, statuimus & ordinamus per præfentes, ad consuetudinem & exemplum consuetudinis antiquitus in ejusmodi capitularibus præbendarum collationibus observari solitæ, & pro nunc in plerisque etiam aliis hujus civitatis coloniensis collegiis & capitulis (uti fide digna desuper informati sumus) receptæ certum quandam describendum



dum ordinem, juxta quem deinceps canonicatus & præbendæ in mensibus nostris ordinariis, nobis vacantes irrefragabiliter absque ullius contradictione conferendæ erunt, atque ut citra hanc nostram ordinationem, & statutum in perpetuum valiturum nulla in futurum dubitandi oriatur occasio, statuimus & ordinamus.

Imo: Quod ex nunc in perpetuis futuris temporibus quilibet capitularis residens reputatus activa & passiva voce in capitulo gaudens in prima annali residentia non constitutus sed per capitulum à captiosâ residentia absolutus, dummodo non fuerit publice excommunicatus, aut ab officio, & beneficiis suspensus, phrenesi perpetua quæ non admittat lucida intervalla laborans aut alias ex legitima causa voce capitulari activa & passiva senii in mensibus capituli ordinariis septem dies continuos & integros habeat, videlicet à Wednesday noctis 12ma hora nocturna ultimi diei mensis Aprilis proxime præcedentis & elapsi computando diesque inchoando, & si quæ præbenda & canonicatus intra ejusdem septem dies cuilibet assignatos quomodolibet sive per obitum, sive per resignationem capituli in mensibus ejusdem ordinariis pure & libere factam deinceps in perpetuum capitulo vacaverit, cujusque dispositio ad capitulum pertinuerit, ad eundem canonicatum & præbendam ita vacantem, canonicus is, intra cujus septem dies ejusmodi vacatura contigerit personam aliquam idoneam juxta qualitates infra scriptas nominare & capitulo præsentare poterit.

2do: Volumus & statuimus nominandum seu capitulo præsentandum taliter debere esse qualificatum, ut nullo corporali defectu, vel irregularitatis publicæ aut quovis alio canonico impedimento dici possit ad acceptandum beneficium ecclesiasticum inhabilis, nisi super tali defectu superiorum dispensatione capitulo ostensa ad minus sedecim annorum inchoative humaniorum artium studiosus nisi forte provectioris ætatis in sacris constitutus aut aliunde satis probatus fuerit, virtutum bonorumque morum amans & quem nominans probabiliter judicet habere animum apud ecclesiam residendi & ipsum canonicatum & præbendam suscipere intendat.

3tio: Præsentatio talis fieri debet intra quindenam à die notitiæ nisi vel captivitate apud hostes, vel alia vi majore aut aliqua morali impossibilitate introducta, idque vel viva voce in capitulo vel coram notario & testibus instrumento legali desuper confecto capitulariter exhibito vel prælecto vel per se ipsum vel procuratorem in capitulo ore tenus coram notario & testibus legitime constitutum prævio tamen corporali juramento

e

ad



ad manus D. Decani aut eo absente ad manus senioris presentis canonici per se, vel specialiter ad hoc constitutum procuratorem presentando, quod in hac sua nominatione & presentatione nulla simoniae labe, dolus, fraus aut simulatio, nec quavis alia illicita pactio intervenerit.

4to: Hanc nominationem & presentationem ita factam, dummodo juxta praedicta nullum legitimum impedimentum intervenerit, nos Decanus & capitulum sine ulla contradictione & mora ratam habebimus, & capitulariter viva voce statim approbavimus, ipsum sic nominatum & presentatum in confratrem nostrum & canonicum dictae ecclesiae nostrae collatione nostra mediante recipiemus, receptumque aut ipsius nomine legitimum procuratorem ejus in actualem & realem possessionem inducemus, locum in capitulo & stallum in choro assignando salvis statutis & consuetudinibus ecclesiae nostrae Cunibertinae.

5to: Licet Canonicus ille, ad quem presentem hanc nostram ordinationem nominatio pro tempore spectabit, tempore vacaturae contingentis actualiter in civitate praesens non fuerit, sed peregrinationis, aut sanitatis, vel alia quavis honesta de causa cum scitu & venia Decani, aut in ejus absentia pro tempore presentis senioris Canonici abfuerit (dummodo ultra sex dies sine scitu & venia Decani absentia non duret) poterit nihilominus ut praenarratum, idoneam & qualificatam personam modo supra explicato nominare & presentare, eamque nominationem & presentationem similiter ut supra ratificabimus nisi tempore vacaturae eventientis praesens fuisset, dummodo alias pro residente fuerit reputatus, nec aliam ex praedictis incapacitatis causam incurrerit.

6to: Quodsi vero similiter nominatus juxta praenarrata inqualificatus aut inhabilis receptus fuerit, nisi nominans intra aliam quindenam a tempore prioris presentationis per capitulum inhabilis declarata & sibi notificata alium qualificatum nominaverit, & presentaverit, ex tunc pro ea vice dispositio super ejusmodi canonicatu & praebenda ad communem capituli electionem pertinebit.

7mo: Insuper si Canonicorum aliquem sine fine dierum, dum unius desinunt, & alterius incipiunt, mori contingat, ita ut plenam informationem habita & omnibus consideratis evidenter non constare possit: an post vel ante 12mam noctis? eo casu relatione ad capitulum debite facta, si Decanus & Capitulum casum vere dubium arbitrati fuerint, lis forte dirimetur, si quis autem hujusmodi decreto capituli acquiescere noluerit, jure presentandi ista vice ipso facto privatus erit, & nominatio penes illum erit, qui

qui decreto acquieverit, si vero uterque acquiescere nolit, capitulum eliget nulla omnino appellatione, nec quoad effectum devolutivum nec suspensivum obstante, & si quis forte appellare attentaverit, pœnam suspensionis à perceptione fructuum ipso facto absque declaratione incurret.

Svo: Siquis Canonorum post factam dierum distributionem ante dies ipsi assignatos mortuus fuerit, vel ex alia superveniente præarrata causa inhabilis reddatur, ex hac nostra ordinatione præsentandi eo casu ordine sequentes succedent in dies defuncti, & inhabilis facti post inhabilitatem declaratam, si inhabilitas ipsa notoria evidens vel publica non fuerit, eo enim notoreitatis publicæ casu declarationem non requirimus, sicuti si quem intra ipsos suos dies mori aut inhabilem reddi contingat, extunc proxime in ordine sequens habilis denominationem habebit & præsentabit, & cum hoc dies ipsius absoluti & completi esse censebuntur, nec amplius ex ista distributione, pro uno anno facta nominabit, & usque ad sequentis anni distributionem in Januario publicandam expectabit, atque ita sequentes in ordine succedent, & sic à die illa sequentes canonici in ordine primus suorum septem dierum incipiet, & si forte ab obitu defuncti vel inhabilitate subsequuta aliquot horæ defuerint, easdem nullatenus attendendas esse volumus, sed dies iste primus ab hora 12^{ma} noctis sequentis incipiet, & siquæ horæ forte superfuerint, eidem sic succedenti accrescent.

qno: Quodsi vero post distributionem dierum primo pro uno anno factam & à capitulo pro isto anno approbatam & publicatam aliquis intra eundem annum à residentia captiosa absolvatur, vel aliter accefferit, ei non ante dies assignandi erunt, nec jus nominandi habebit, quam distributione hac ad finem usque anni terminata & tunc eadem proximo sequente anno revocata, dies ipsi pro suo ordine ut supra assignabuntur.

Io^{mo}: Quantum ad præbendam Ecclesiæ secundæ gratiæ attinet, quæ ex speciali indulto apostolico in quovis mense specialiter capitulis sub certis clausulis vacat, si in mense aliquo apostolico vacare contigerit, extunc capitularis is, qui primos dies habet mensis sequentis, denominationem habebit, alias si in mense ordinario capituli vacet, sub cuius diebus præbendatus mortuus fuerit, nominabit, salvo tamen quoad eam præbendam nominandus magister artium ad minus esse debeat. Cæteras vero quascunque Vicarias perpetuas, seu Pastoratus, quo titulo etiam hanc nostram Parochiam comprehendimus, & beneficia curam animarum habentia nec non dignitatem & officia ecclesiastica



stica utpote Decanatum, Scholasteriam, Choriepiscopatum thesaurariam, Celsariam, præfentiarum, officium Camerae & fabricae cæteraque omnia sive ecclesiastica sive sæcularia capituli officia, quoties nobis vacaverint, huic nostræ ordinationi subjacere nolumus, sed prædictas Vicarias, dignitatem & officia, quoties nobis vacaverint, per communem electionem capitularem conferemus, & consuetudine hætenus observata de eisdem disponemus, & providebimus. In præmissis tamen salvis per omnia precibus seu nominationibus invictissimi Imperatoris, seu Romanorum Regis nec non Serenissimi Principis Electoris, ac Archiepiscopi Colonienfis pro tempore existentium per eos respective porrigi solitis, ac consuetis.

IImo: Porro ut quilibet Canonicus Capitularis ordinem sibi assignatorum dierum cognitum habere, nec ignorantiam harum ordinationum præterdere possit, volumus & ordinamus, ut præsens hoc nostrum statutum semel in anno in distributione dierum per Scholasticum nostrum vel Secretarium prælegatur; item ut ordo iste seu distributio dierum modo supra nominato per se menses ordinarios Capituli videlicet, Februarium, Aprilem, Junium, Augustum, Octobrem & Decembrem quot annis semel describatur, & Capitulo debite vocato in Januario ad approbandum & publicandum prælegatur, prout Capitulum, nisi justa evidens, & legitima subbit causa, approbabit & publicari faciet, deinde per Secretarium durante adhuc Capitulo subscribatur, duo etiam ejusdem tenoris exemplaria conficiantur, eorumque alterum ad Archivium ponatur, alterum penes Decanum conferretur, ut ex eo quilibet ordinem sibi assignatorum dierum cognitum habere, & ad evitandam omnem suspensionem, si dubium forsan occurrerit, cum eo, quod in Archivio positum est, assumptis iis, quorum pro ista vice interest, conferri possit.

IImo: Quoties super hac nostra ordinatione deinceps qualecunque dubium oriatur juxta consuetudinem Ecclesie nostræ (causis dubiis prius ad Capitulum relatis) totum id decidendum Diaconis relinquimus, eorumque ordinationi & decisioni per Capitulum publicatæ indubitæ controversæ stabunt, omni appellationi & cuicunque beneficio juris renuntiantes.

Tandem ut hæc nostra ordinatio eo firmiter robur accipiat, & tanquam perpetuo valitura inviolabiliter observetur, in vim juramenti, quo Capitulo obstricti sumus, nos Decanus ad manus Senioris, reliqui ad manus Decani hæc omnia nos imposterum & in perpetuum firmiter absque ulla contradictione observaturos promittimus & spondemus, nec non deinceps advenientes Decanos & Canonicos in admissione similiter ipsorum desuper jurare feci-



fecimus. In fidem omnium & singulorum præmissorum præsentem hanc nostram ordinationem, & statutum Sigillo capituli muniri & per Secretarium subscribi fecimus, sic actum in Domo Capitulari consueta, Anno 1640. 31. Januarii.

De mandato DDnorum Amplmi Decani & Capitularium.

(L. S.)

Joannes Hertzig prædicti Capituli Secretarius subscripsit mppr.

XI.

*Ordinatio Turni in Ecclesia Ss. Cassi & Florentii
Bonæ 1640.*

ART. I. **C**anonicatum & præbendarum collatio, provisio & omnimoda dispositio (reservationibus tamen apostolicis semper salvis) de jure & consuetudine hactenus inconcussa & irrevocabiler observata ad pro tempore decanum penes ecclesiam residentem, & capitulum spectare & pertinere dignoscitur. Ita ut secundum laudem Henrici Archi-Episcopi de dato in crastina Helenæ feria 5. post Assumptionem B. M. V. anno 1311 unusquisque canonicorum cum ordo ad eum pervenerit, juxta senium habeat preces, seu jus nominandi ad præbendas per obitum vacantes.

ART. II. De ordine hujusmodi seu turno nominandi extant certa statuta capitularia 26. Martii anno 1555 & 31. Martii, anno 1568. condita, quæ quidem prædecessores nostri futuris temporibus primo servare voluerunt postea ab aliis successoribus mutata, imo longo tempore abolita, & demum 1640. 30. Januarii reassumpta fuerunt; interim in formula juramenti canonicorum ingredientium præstari soliti posteris suis reservata clausula & facultate hac- & quæ de turno statuta sunt, vel imposterum statuentur, observabo.

ART. III. Ordinatio autem talis turni fit in hac nostra ecclesia quot annis nova in capitulis generalibus alterâ *Lætare*, & ipso die S. Hyernimi per assignationem septem dierum cuilibet canonico in mensibus ordinariorum collatorum, qui sunt Februarius, Aprilis, Junius, Augustus, October & Xber inter præsentem, ut verba sonant, Dominum Decanum personaliter residentem, & canonicos refectoriales seu spicariatos, nisi for-
tasse



tasse quis justo impedimento præpeditus, aut infra immunitatem notoria infirmitate detentus licentia Domini Decani, seu ejus locum tenentis abesse, qui hoc casu procuratorem canonicum habere, in capitulo & sic cum præsentibus turnum, se in ordine contingentem eligere habeat, & possit, ita quod qui refectorium sive partem æstivalem deservire intendit, alterâ Latere in capitulo generali se ad illam deservitionem, & turnum simul expressè declarare debeat, ad hoc, ut turno hujusmodi cum Decano residente & aliis canonicis residentibus, usque ad festum divi Hieronymi inclusive gaudeat, & qui spicarium hyemali tempore deservire voluerit, simili modo hoc ipsum in capitulo generali ipsa die D. Hieronymi indicet, & juxta hæc insinuationes habito, & servato ordine Decani residentis, & canonicorum turnus ordinatur, & continuatur, quique hoc facere negligunt, ab uno habito capitulo generali usque ad sequens numero turnariorum non adscribuntur, sed expectare tenentur, donec ordo rursum ad ipsos negligentes, aut eorum quemlibet quavis contradictione & exceptione postposita recurat.

ART. IV. Porro & in prima annali residentia existentes canonici ab hujusmodi turno secluduntur, absoluti tamen ab eadem, & admissi ad secundam in proximo post absolutionem capitulo generali prævia declaratione prius gaudent, uti cum cæteris canonicis in debito ordine suo turno.

ART. V. Turnus initium habet ab hora videlicet duodecima circa medium noctis inchoando, ita, quod singuli sex menses in quatuor septimanas, seu septem dies etiam de hora in horam à Decano apud ecclesiam residente incipiendo, juste dividantur, & quisque dein canonicorum scholastico inter ipsos juxta ordinem senii, & sui introitus computato, unâ septimanâ ut puta septem diebus continuis pro turno suo gaudeat, & residui mensum dies cedant in ordine subsequenti, descendendo & continuando gradatim post decanum à canonico seniore in canonicatu & præbendâ usque ad juniorem, seu novissimum distribuendo, & assignando cuilibet ut præmittitur. Unam hebdomadam, videlicet septem integros dies pro turno suo, & sic ulterius continuando, & resolvendo, ita & taliter, ut quoscunque canonicatus, & præbendas in diebus septimanis cuique canonicorum ex hac ordinatione assignatis & eorum quemlibet secundum revolutionem contingentibus per obitum alicujus canonici vacare contigerit, ipse turnarius pro tempore ad omnes illos canonicatus, & præbendas sine differentia de jure communi, & juxta observantiam totius cleri coloniensis habiles, & idoneas ad minimum in ætate quatuordecim anno-

annorum constitutas personas nominare & presentare possit, & debeat, easque sic nominatas & presentatas, dummodo taliter habiles, & idoneæ censeantur, ipse decanus & capitulum sine ulla contradictione admittere, eisque de canonicatibus & præbendis pro tempore vacantibus providere, ac eadem illis conferre debeant; si vero (quod absit) collationes & provisiones hujusmodi alii, quam nominatæ & presentatæ personæ fieri contingat, ex tunc collatio & provisio talis nullius sit roboris, aut momenti, quinimo in eum casum ipse turnarius personæ per eum ut præmittitur nominatæ & presentatæ nomine dicti capituli rite & legitime providere poterit & debebit.

ART. VI. Quia autem divinus cultus eo amplius augetur, quo personæ ipsius ecclesiæ ad residendum apud eandem & divinis interessendum alliciuntur, idcirco modo, & forma præmissis ulterius statuto cautum est, quod hujusmodi turno duntaxat gaudere, ac uti, & frui possint, & valeant. Decanus apud ecclesiam nostram residentiam faciens personalem, & canonici capitulares in perceptione fructuum, præbendarum suarum existentes, & apud dictam ecclesiam, ut præmittitur, residentes, & infra illius immunitatem sive in domibus immunitate ejusdem ecclesiæ gaudentibus moram trahentes, ita tamen, ut canonici, qui de licentiâ Decani & vice-Decani, aut in absentia eorundem senioris ad certum tempus, ex justissimâ prægnante causâ pro discretione decani, seu vice-decani æstimandâ ad integrum mensem, aut longiori temporis intervallo (quo durante nihilo minus eorum residentia indulgeri solet) abfuerunt, quoad præmissa pro presentibus habeantur.

ART. VII. Cum ulteriore hac declaratione, si & in quantum Dominus præpositus noster pro tempore canonicatum & præbendam in ecclesia nostra obtinuerit, & post absolutam ratione illius more cæterorum canonicorum residentiam, in illorum fructuum deservitione & perceptione extiterit, apud que eandem ecclesiam nostram refederit, quod ipse tunc turnum suum immediate habeat ante decanum ratione præbendæ suæ cum ratione præposituræ in collationibus hujusmodi interesse non habeat.

ART. VIII. Quando Decanus, prout tempore supra primò mentionati statuti accedit, ante aut post adeptam dignitatem canonicatum in nostra Ecclesia habuit post absolutam ratione illius residentiam non duplici turno, sed ante Seniores uno tantum contentum fore declaratum est.

ART. IX. Sub hoc turno deinceps includentur quoque nominationes ad duas semi-præbendas, quæ ut supra de canonicatibus dictum, sient à Turnario pro tempore existente, salvâ alternativâ Domino Decano, ratione illius semi-præbendæ, cui annexa Vicaria S. Nicolai,

ART. X.



ART. X. Circa devolutionem turni adjectum, & ordinatum est, ut, si nominatio de persona inhabili ac idonea facta fuerit, turnario cum iacturâ jurium lecturæ solutorum adhuc liberum erit ejus loco pro secunda tantum vice aliam personam nominare, quæ si etiam inhabilis fuerit, illa extunc facta nominatio nulla sit & pro ista vice vacantis præbendæ collatio (non obstante Turnarii contradictione, ad Decanum & Capitulum, seu verius pro tempore præsentem, & capitulum representantes spectare, aut pertinere debeat.

ART. XI. Pro ut etiam si quis in album turnariorum relatus tempore turni sui notoriè excommunicatus, declaratus, aut aliàs de jure ad nominandum inhabilis manifestè existat, ac in eodem turno suo unus, vel plures Canonicatus seu Præbendæ vacaverint; & vacant, infra quinque vero menses de absolute, & rehabilitatione sua in capitulo legimè non docuerit, ante decursum sexti mensis collationem ad eosdem Decanum scilicet & Capitulum quoque recidere, & pertinere debere statutum fuit.

ART. XII. Præterea inibi ordinatum, quod si quis in dictis duobus Capitulis generalibus asserat se Spicarium, seu Refectorium deservire, ac pro majore parte temporis apud Ecclesiam residere velle, atque ita inter turnarios deputetur, & tamen non deservierit, aut si quis ante diem inchoati sui turni, vel etiam ipso turno durante è vivis excedat, in iis casibus firmus quidem erit, & immutabilis turni semel constituti ordo, verum si contingat unum, vel plures Canonicatus in hujusmodi turno vacare, eorum libera collatio, & seu provisio nobis Decano, & Capitulo seu verè præsentibus, reservabitur & cedet.

ART. XIII. Porro, ne aliquis in fraudem supradictorum in memoratis generalibus Capitulis eâ spe, eoque fine, ut in album turnariorum redigatur, asserat se Refectorium, vel Spicarium deservire velle, & tamen deservitionem hujusmodi juxta statuta, & laudabiles consuetudines nostræ Ecclesiæ non compleat, ordinatum, & statutum est, ut taliter inter Turnarios numeratus, & tamen non deserviens in subsequenti Capitulo generali primo suo turno, posteaquam in deservitione Spicarii aut Refectorii existerit, privetur, & ab eo pro ista vice excludatur, nisi forte de evidenti, & necessario impedimento juramento personali prævio fidem facere legitimam Capitulo possit, super quo capituli, & non alterius cujuscunque erit cognitio.

ART. XIV. Ne indulta cuique turnario nominatio longius debita protrahatur, is ad hujusmodi nominationem suam faciendam uti possit, & valeat tempore juris beneficio collatoribus concessio, & attributio, semestri scilicet absque subsequentium turnariorum ulla contradictione, & impedimento.

ART. XV.

ART. XV. Novissime quoque hoc statutum innovamus, ut, si contingat imposterum turnarium aliquem per gratias apostolicas, nominationes imperiales, preces sive regales, sive Archi-Episcopales, seu alio quovis modo, quo minus nominationi suæ de vacatione in suo turno locus de jure fiat, impediri, ex tunc eum casum frustrationis nimirum ipse pro tempore turnarius citra præjudicium subsequentiurn turnariorum, & absque spe compensationis proximioris, seu alterius vacationis solus sustineat omni contradictione quavis etiam appellatione cessante.

XII.

Ordinatio Turni in Ecclesia S. Severini Colou. 1699.

Nos Petrus Josephus à Quentel Præpositus, Casparus ab Huisch Decanus, Laurentius Greifs, Henricus ab Huisch, Wilhelmus Bettendorff, Franc. Gereon Kinkius, Laurentius Huijsman, Gerardus Stamberg, Franc. Fabri, Cornelius Brewer, Wilhelmus Hertmanni, Petrus Huijsman, Joannes Huisch, Petrus Josephus à Quentel quæ Canonicus, Joannes Gabriël Fabri, Joannes Gereon Backoven, Joannes Engel. Meinertzhagen, Joannes Theodorus Dirhoff, Mathias Weibeler, Joannes Winandus Grufft, Joannes Arnoldus Venrath, Jodocus Fridericus Beywegh, Hermannus Wichtericht, Henricus Litberg, Casparus ab Huisch quæ Canonicus, & Theodorus Schlebusch Canonici Capitulares Collegiæ Ecclesiæ S. Severini.

Quandoquidem occasione collationum seu nominationum ad Canonicatus & Præbendas in mensibus Capituli ordinariis vacantes ratione fundendarum precum ab aliquo tempore usurpatarum inter Præpositum, Decanum & Capitulum S. Severini plerumque graves, periculosa, & ipsi Capitulo damnosa animorum oriuntur dissensiones, & quandoque vix conciliabiles exurgunt separationes, unde confidentia, quæ vel maximè in dirigendis communibus capituli negotiis in Prælatos & Capitulum necessaria est, nec non justitia distributiva, quæ suum cuique tribuit, difficulter conservari potuit.

Hinc volentes his aliisque inconvenientiis, quantum in nobis est, obviare altercationesque in Prælatos & Canonicos, scissuras animorum, earumque occasiones tollere, veram fraternamque charitatem, confidentiam, & æquitatem introducere, Deum divinumque honorem, & Ecclesiæ nostræ utilitatem, non privatum ejusque commodum, aut interesse præ oculis habentes, maturo prævio consilio, & diversis desuper habitis consultationibus



bus in Domo nostro Capitulari consueta vocatis per campanæ pulsam omnibus vocandis, qui potuerunt, debuerunt, aut voluerunt interesse, legitime congregati & capitulum repræsentantes unanimes voto & concordia omnium consensu volumus, statuimus, & ordinavimus per præsentem ad similitudinem, aut exemplum consuetudinis antiquitus in ejusmodi Capitularibus præbendarum Collationibus solita observari, & pro more etiam in plerisque aliis hujus Civitatis Colonienfis Collegiis & Capitulis (uti fide digne desuper informati sumus) receptæ certum quendam describendum ordinem, juxta quem deinceps Canonicatus & Præbendæ in mensibus nostris ordinariis nobis vacantes irrefragabiliter absque ullius contradictione conferendi erunt, atque ut circa hanc ordinationem nostram & statutum in perpetuum valiturum nulla in perpetuum dubitandi aut contendendi oritur occasio, statuimus & ordinamus.

Imo: Quod nunc & in perpetuis futuris temporibus moderni Præpositus & Decanus ultra Prælaturas, canonicatum & præbendam aliam obtinentes in qualitate & ordine canonicorum, successores vero eorundem ratione dignitatis, etsi simul canonici fuerint, etiam ratione canonicatus, nec non quilibet capitularis residens, & pro residente deputatus activa & passiva voce in capitulo gaudens in prima annali residentia non constitutus, sed per capitulum à captiosa residentia absolutus, dummodo non fuerit publice excommunicatus, aut ab officio seu beneficio suspensus, phrenesi perpetua (quæ non admittat lucida intervalla) laborans, aut alias ex legitima causa voce capitulari activa & passiva privatus successive juxta ordinem feni in mensibus capituli ordinariis septem dies continuos & integros habeat, videlicet à media nocte seu 12ma hora nocturna ultimi diei mensis apostolici proxime præcedentis, & elapsi computando, diesque inchoando, & siquæ Præbenda & Canonicatus intra ejusmodi septem cuilibet assignatos dies quomodolibet, sive per obitum, sive per resignationem in mensibus capituli ordinariis pure & libere factam deinceps, & in perpetuum capitulo vacaverit, cujusque dispositio ad capitulum pertinuerit, ad eundem Canonicatum & Præbendam ita vacantem prælatus vel canonicus is, intra cujus septem dies ejusmodi vacatura contigerit, personam aliquam idoneam juxta qualitates infra recensitas nominare & capitulo præsentare poterit & valebit.

2do: Volumus & statuimus nominandum seu capitulo præsentandum taliter debere esse qualificatum, ut nullo vel corporali defectu vel irregularitatis publicæ, aut alio quovis impedimento canonico dici possit ad accep-

tan-

randum beneficium ecclesiasticum inhabilis, & ad minus 14. annorum (nisi super illis defectibus superiorum dispensatione capitulo ostensa) humaniorum artium studiosus, nisi forte provectioris ætatis in sacris constitutus, aut aliunde satis probatus fuerit, virtutum bonorumque morum amans, quique ipsi in conscientia sua, & sincere affirmare audeat, & possit, quod pro illo tempore animo statum ecclesiasticum assumendi, canonicatum deserviendi, & non aliter ipsum canonicatum & præbendam suscipere intendat.

3tio: Præsentatio talis fieri debet inter quindenam à die notitiæ, nisi vel captivitate apud hostes, vel alia vi majore, aut aliqua inorali impossibilitate impediente, idque vel viva voce in capitulo, vel coram notario & testibus instrumento legali desuper confecto, capitulariter exhibito & prælecto vel per se ipsum, vel per procuratorem in capitulo oretenus aut coram notario & testibus legitime constitutum, prævio tamen corporali juramento ad manus D. Decani, aut eo absente ad manus senioris præsentis canonici per se vel per specialiter ad hoc constitutum procuratorem præsentando, quod in hac sua nominatione, aut præsentatione nulla Simonix labes, dolus, fraus, aut simulatio, aut quævis alia illicita pactio intervenerit.

4to: Hanc nominationem seu præsentationem ita factam, dummodo juxta prædicta nullum legitimum impedimentum intervenerit, nos Decanus & Capitulum sine ulla contradictione & mora ratam per omnia habebimus, & capitulariter viva voce statim approbavimus, ipsumque sic nominatum & præsentatum in Confratrem nostrum & Canonicum dicte nostræ Ecclesiæ, collatione nostra mediante recipiemus, receptumque aut illius nomine legitimum procuratorem ejus in actualem & realem possessionem consueto modo inducemus, locum in capitulo, & stallum in choro assignando salvis statutis & consuetudinibus Ecclesiæ nostræ.

5to: Licet Canonicus iste, ad quem juxta hanc præsentem ordinationem nostram nominatio pro tempore spectabit, tempore vacaturæ contingens actualiter in civitate præsens non fuerit, sed peregrinationis aut sanitatis vel alia quavis honesta de causa abfuerit, poterit nihilominus, uti prænarratum, idoneam & qualificatam personam modo supra explicato nominare, & præsentare, eamque nominationem & præsentationem similiter ut supra ratificabimus, ac si tempore vacaturæ evenientis præsens fuisset, dummodo alias pro residente fuerit reputatus, nec aliam ex prædictis capacitatibus causam incurrerit.

6to: Quodsi vero taliter nominatus juxta prænarrata inqualificatus aut inhabilis repertus fuerit, nisi nominatus infra quindenam aliam à tempore



pore prioris præsentationis per capitulum inhabilis declarata & sibi notificata, alium qualificatum nominaverit, & præsentaverit, extunc pro ea vice dispositio super ejusmodi Canonicatu & Præbenda ad communem capituli electionem pertinebit.

7mo: Insuper si Canonicum aliquem in fine dierum, dum unius desinunt, vel alterius incipiunt, mori contingeret, ita ut plena informatione habita & omnibus consideratis evidenter constare non possit, an post vel ante 12mam noctis decesserit, eo casu relatione ad capitulum debite facta, si Decanus & Capitulum vere dubium arbitrati fuerint, lis forte dirimendi, siquis hujusmodi decreto capitulari acquiescere noluerit, jure præsentandi ista vice ipso facto privatus erit, & nominatio penes illum erit, qui decreto acquieverit, si vero uterque acquiescere nolit, capitulum eligat, nullà omnino appellatione nec quoad effectum devolutivum, nec suspensivum obstante, & siquis forte appellare attentaverit, pœnam suspensionis à susceptione fructuum ipso facto absque declaratione incurrat.

8vo: Si quis canonicus post factam dierum distributionem ante dies ipsi assignatos fuerit mortuus vel ex alia superveniente prænarrata causa inhabilis reddatur, ex hac nostra ordinatione præsentandi, eo casu sequentes succedent in dies defuncti, aut inhabilis facti post inhabilitatem declaratam, nisi inhabilitas ista notoria, evidens aut publica fuerit, eo enim notoreitatis publicæ casu declarationem non requirimus, sicuti si quem intra ipsos suos dies mori, aut inhabilem reddi contingat, ex tunc proxime in ordine sequens habilis nominationem habebit & præsentabit, ceterique talis defuncti aut inhabilis facti dies & horæ ipsi in ordine sequenti, sive ejusdem pro isto anno assignatis diebus accrescet, ita ut, etiam si plures præbendæ durantibus talibus diebus ex prædictis causis vacaverint, eidem nihilominus ad tales omnes sic vacantes nominatio & præsentatio competat, prout & quivis alius, licet semel ex una distributione pro uno anno facta, nominavit, eodem anno, si plures præbendæ in ipsius diebus vacaverint, ad eos omnes nominandi & præsentandi jus habebit.

9no: Quod si vero post distributionem dierum pro uno anno factam & à capitulo pro isto anno approbatam & publicatam aliquis intra eundem annum à residentia captiosa absolvatur, vel aliter accesserit, ei non ante dies assignandi erunt, nec jus nominandi habebit, quam distributione hac ad finem usque anni terminata, & tunc eadem proxime sequenti anno renovata dies ipsi suo ordine, ut supra assignabuntur.

10mo:

10mo: Quantum ad præbendam 2dæ gratiæ obtinet, quæ ex speciali indulto apostolico in quovis mense semper capitulis sub certis clausulis vacat illa, in quocunque mense vacare contingat, unitis capitularium suffragiis more hucusque consueto conferetur sicut & cætera quæcunque beneficia, in quibus hanc nostram parochiam comprehendimus, necnon Decanatum, Scholasteriam, Chori-Episcopatum, Cantoriam, Thesaurariam, Præsentiarium, Cellariam, officium Cameræ, Fabricæ, cæteraque omnia sive Ecclesiastica sive Secularia capituli officia, quoties nobis vacaverint, huic nostræ ordinationi subjacere nolumus, sed illa per communem capitularem electionem conferemus, & consuetudine hætenus observatâ de iisdem disponemus, & providebimus, in præmissis tamen salvis per omnia legitimis precibus seu nominationibus invictissimi Imperatoris seu Regis Romani, necnon Serenissimi Archi-Episcopi Colon, per eos porrigi solitis & consuetis.

11mo: Ut quilibet canonicus capitularis ordinem sibi adscriptarum dierum cognitum habeat, nec ignorantiam hujus ordinationis prætereundum possit, volumus, & ordinamus, ut præsens hoc nostrum statutum semel in anno in distributione dierum primo nimirum capitulo mensis Januarii, ut præfertur, per secretarium prælegatur, item, ut ordo iste seu distributio dierum modo supra jam ordinato per sex menses ordinarios capituli videlicet, Febr. Aprilis, Junius, Augustus, Sber, & Xber quot annis semel describatur, atque primo Januarii capitulo ad approbandum & publicandum prælegatur, prout capitulum, nisi evidens, justa, & legitima subfit causa, approbabit, publicari faciet, deinde per secretarium durante adhuc capitulo subscribetur. 2 etiam tenoris ejusdem exemplaria conficiantur, eorumque alterum ad Archivium deponatur, alterum penes Protocolum conservetur, ut ex eo quilibet ordinem sibi assignatorum dierum cognitum habere, & ad omnem evitandam suspensionem (si dubium forte occurrerit) cum eo, quod in Archivio positum est, conferri possit.

12mo: Quoties super hac nostra ordinatione deinceps qualescunque dubium oriretur, juxta consuetudinem ecclesiæ nostræ causis dubiis ad capitulum prius delatis, totum id decidendum diaconis adhibitis, seniore presbytero, & subdiacono relinquimus, eorumque decisionem per capitulum publicatâ indubitato contravertentes stabunt, omni appellationi & cuiuscunque beneficio juris renuntiantes.

Tandem ut hæc nostra ordinatio eo firmiter robur accipiat & tanquam statutum perpetuo valiturum observetur, in vim juramenti, quo capitulo obstricti sumus, nos Præpositus, Decanus, ad manus Senioris, reliqui vero

ad



ad manus Decani hæc omnia nos imposterum & in perpetuum observaturos promittimus, firmiter absque ullâ contradictione necnon deinceps advenientes in admissione ipsorum similiter desuper jurare faciemus.

In fidem omnium & singulorum præmissorum præsentem hanc nostram ordinationem & statutum sigillo capituli muniti & per secretarium subscribi fecimus. Sic actum in domo capitulari consueta anno Dni 1699 die veneris 11mâ Decembris.

(L. S.
Vbilis Capituli,)

Ex speciali commissione Prælatorum & Canonico-
rum Capitularium supra benememoratorum
subscripti

Martinus Behren Notarius & Vbilis Capituli
S. Severini Colon. Secretarius mpp.

XIII.

Confirmatio Archiepiscopalis præcedentis ordinationis Turni.

JOSEPHUS CLEMENS Dei gratia ArchiEpiscopus Colon. S. R. I. Princeps Elector per Italiam ArchiCancellarius &c.

Universis & singulis præsentem literas lecturis, aut legi audituris salutem in Domino Sempiternam.

Pro officii nostri debito eo primas solertia & vigilantia curas dirigimus, ut, qui collegialiter congregati sunt, in domo Dei ambulent cum cons. & quæ in ejusmodi pertractanda sunt, communi omnium voto perficiantur & approbentur, & quantum fieri potest, omnis dissensionis radix amputetur, cum itaque pro parte honorabilium, Præpositi, Decani, reliquorumque Canonicorum capitularium Collegiata Ecclesiæ sancti Severini colonie debite nobis expositum fuerit, qualiter ipsi ad præscindendas multifarias antedictæ ecclesiæ & capitulo periculosas & damnosas animorum dissensiones, quæ & methodo conferendi in sex mensibus juxta concordata germaniæ vacantes canonicatus & præbendas D. Ecclesiæ contra antiquum stylum & observantiam nuper introducta, & aliquamdiu servata oriri solent, & amplius formidari possunt, conciliandamque majorem & stabilendam inter prælatos & canonicos capitulares concordiam, pacem & unionem non ita pridem (salva ratificatione & approbatione nostra) in puncto collationis canonicatum & præbendarum ad modum turni, sicut in aliis Collegiatis Colon. passim usitatum reperitur conclusum sive statutum

tum unanimi omnium suffragio condiderint, fecerint, & in scriptis redactum, & publicatum, ac sigillatum, pro clementissimo ratificationis & approbationis nostræ decreto exhiberi fecerint, prout in forma originali hisce nostris literis transfixa de verbo ad verbum plenius,

Hinc ejusmodi capitulari concluso seu statuto unâ cum Co-Administratore nostro colonienſi mature ponderato ſtabiliendæ & conſervandæ inter D. Prælatos & canonicos capitulares antediſſæ eccleſiæ paci & unitati intenti petitioni tanquam juſtæ & rationi, aliorumque diverſorum collegiorum ſtatutis & obſervantiæ conſentaneæ clementiſſime annuere, cupientes prætaçtum & hiſce transfixum concluſum ſeu ſtatutum authoritate Archiepiſcopi ordinariâ ratificandum, & approbandum, atque perpetuæ firmitatis robur ad adjiciendum duximus, quemadmodum reſpectively ratificamus, approbamus, & robur adjicimus publice per præſentes decernentes illud nunc & in antea perpetuis futuris temporibus in omnibus & ſingulis ſuis punctis & clauſulis inviolabiliter obſervandum, & ſecundum illud in & extra judicium cuiſlibet decernendum, tenendum & judicandum eſſe, quibuſcunque noſtris vel antecęſorum in contrarium forte ordinationibus aliſque clauſulis & ſtatutis minime obſtantibus.

In quorum omnium & ſingulorum fidem præſentes per Adminiſtratorum noſtrum in Spiritualibus & Vicarium Generalem Colon. ejuſdemque Protonotarium reſpectively expeditas & manu propriâ ſubſcriptas, majore, ejuſdemque Vicarii Generalis ſigillis in civitate noſtra Colon. die 22. Januarii 1718.

(L. S.)

JOSEPHUS CLEMENS, Archiep. Elector.

XIII.

*Leo X. Archiepiſcopo Colonienſi Hermanno à Weda juſ primariarum Preceptum
Anno 1516. conſirmit.*

Leo Epicoſopus Servus Servorum Dei dilecto filio Hermanno Electo Colonienſi Salutem & apoſtolicam Benedictionem.

Perſonam tuam Nobis & apoſtolicæ Sedi devotam tuis exigentibus meritis paternâ benevolentia protequentes illa tibi libenter concedimus quæ tuis commoditatibus & honori fore conſpicuum opportuna. & per quæ perſoni tibi gratis & acceptis te poſſis reddere gratioſum. Sane pro parte tua nobis exhibita petitiõ continebat, quod cum electus Colonienſis, qui pro tempore fuerit, in primo ſuo adventu ultra memoriam hominum fuerit in poſſeſſione juris vel quaſi faciendi primarias preces ad collatores beneficiõrum & electores; ſeu ad eos, ad quos diſpoſitio vel proviſio beneficiõrum pertinet totius Civitatis & Dioceſis quæ etiam ſuum ſortitæ fuerunt effectum; tu etiam in primo tui adventu prædeceſſorum tuorum veſtigis inhærendo nonnullas preces ad nonnullos collatores beneficiõrum & electores & ſeu eos ad quos proviſio & diſpoſitio ipſorum beneficiõrum dictarum civitatis & dioceſis pertinet pro nonnullis perſoniſ tibi gratis feciſti




isti & forsan facies, prout in instrumentis publicis seu patentibus vel aliis literis & scripturis assuper confectis dicitur plenius contineri.

Quare pro parte tui Nobis fuit humiliter supplicatum, ut dictis precibus per te factis seu consuetudini illas, ut præfertur, faciendi pro earum subsistentia firmiori robur apostolicæ confirmationis adjicere, ac aliis in præmissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur; Nos igitur personam tuam, quam singulari affectione prosequimur & pro parte tibi gratas & acceptas præcipuo favore prosequi volentes & à quibusvis excommunicationis & interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris & poenis à jure vel ab homine quavis occasione vel cautelatis, si quibus quomodolibet innodati estis ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes ad omnia & singula beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura secularia & quorumvis ordinum regularia, quæ dictæ personæ etiam ex quibusvis de apostolicis Dispensationibus in titulum vel commendam, aut alias obtinent & expectant, ac in quibusvis & ad quæ ius eis quomodolibet competat, quæcunque quotcunque & qualiacunque sint, eorum fructuum reddituum ac proventuum veros annuus valores ac hujusmodi dispensationum tenores præsentibus pro expressis habentes tuis in hac parte supplicationibus inclinati preces per te factas & quæ eo ipso, quod factæ fuerint, in posterum forsitan faciendas seu consuetudinem illas faciendi hujusmodi auctoritate apostolica & ex certa scientia de apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium approbamus & confirmamus ac præsentis scripti patrocinio communimus, eisque inviolabilis firmitatis robur adjicimus, suppletentes omnes & singulos juris & facti defectus, si qui forsan intervenierint in eisdem, ac pro potiori cautela preces factas & faciendas hujusmodi modo & forma prædictis pro eisdem personis deo autoritate potestate scientia & tenore similibus facimus & concedimus. Et nihilominus dilectis filiis præposito sanctorum Apostolorum & Decano sancti Georgii Colonienfium Ecclesiarum ac Officiali Colonienfi per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios in præmissis efficaci defensionis præsidio & assistentia faciant autoritate nostra eisdem personis, pro quibus tu dictas preces fecisti & forsan facies de dictis beneficiis per Collatores, Collatrices electores & eos ad quos collatio provisio & dispositio hujusmodi pertinet, providere, inducentes eos, vel eorum plures illorum nominibus in corporalem possessionem dictorum beneficiorum juriumque & pertinentiarum earundem & defendentes inductos amotis exinde quibuslibet illicitis detentoribus ac facientes eos vel pro eis procuratores prædictos ad beneficia hujusmodi, ut est moris, admitti, eisque & illorum fructibus redditibus & proventibus juribus & obventionibus univèrsis integrè responderi contradicentes etiam per censuram ecclesiasticam & alia juris remedia opportuna etiam compescendo; invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis & nihilominus legitimis super his per eos habentes servatis processibus illos, quos sententias censuras & poenas per eos pro tempore latas incurrisse confiterit quoties opus fuerit illos incurrisse publicè nuntient & faciant ab aliis nunciari, Ipsosque excommunicatos ab omnibus evitari dictasque censuras & poenas etiam iteratis vicibus aggravari eurent, non obstante, quod aliqui alii fuerint & sint autoritate ordinaria recepti in Canonicos seu si Collatoribus Collatricibus & aliis prædictis vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem S. Sede sit indultum, quod interdicti suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem & insuper ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super his à quoquam quavis autoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hæc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis communitionis, adjectionis supplementationis, factionis concessionis mandati & decreti infringere vel ei ausu temerario contraire, siquis autem hoc attentare præsumperit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimo sexto, Kalendis Julii, Pontificatus nostri anno tertio.

V. de Enckenroit.




THESES JURIIUM VARIÆ.

- I. **E**xistit in Ecclesia verum Regimen a Christo Domino institutum penes Antistites sacros triplici constans potestate legislatoria, judiciaria & coercitiva.
- II. Regimen illud e divina pariter institutione hierarchicum est, ejusdemque formam non pure monarchicam, sed Aristocratia mixtam Christum voluit.
- III. Errat igitur J. ZALLINGER, dum in Institutionibus jur. nat. & eccl. publ. an. 1784 editis Lib. 5 docet: *Originem potestatis episcopalis a Petro repetendam esse, nec omnes Episcopos esse re verã Successores Apostolorum; item Episcopos non posse dispensare in legibus Romanorum Pontificum, & Canonibus Sr. & Concilium univèrsale non esse supra Pontificem Rom.*
- IV. Romano Pontifici quidem Primatus honoris & jurisdictionis in Ecclesia competit, inde Caput Ecclesiæ & centrum catholicæ unionis dicitur, ac pro tota Ecclesia leges ferre potest, si illas exigat bonum Religionis qua talis.
- V. Non tamen sufficit publicatio harum legum Romæ solum facta, utur solennis sit, ad obligationem in univèrsa Ecclesia introducendam, nisi sit promulgata in singulis Ecclesiis.
- VI. Potestatem in temporalia Regum & Principum Pontifici sunt, qui directam, sunt qui indirectam adstruunt, nos neutram.
- VII. Officium Potestasque Principum sæcularium circa sacra in jure protectionis, & advocatiæ fundamentum habet.
- VIII. Nequit Romanus Pontifex etiam de plenitudine potestatis Concordatis Germaniæ derogare, quamvis adversus eadem in favorem ordinariorum præscriptio obtinere possit.
- IX. Juribus Nationi nostræ germ. quæsitis ex pactis cum Sede apost. initis Patres Concilii Trid. nec derogare voluerunt, nec potuerunt.
- X. Hinc cum in Concordatis Principum in favorem Metropolitum Germ. sit statutum, ne a sententiis Episcoporum appelletur Per saltum, sive omisso judicio metropolitico; jus hoc Germaniæ Metropolitatis salvum manet & illæsum.
- XI. Nec ullam juris consecrandi Suffraganeos Metropolitatis Germ. competentiæ factam fuisse immutationem certum est.
- XII. Jus primar. Precum Imperatori modo ex antiqua consuetudine competens respectu Catholicorum hodie absque Indulto pontif. exercetur; intuitu protestantium in Instrum. P. W. denuo confirmatur.

- — — — —
- XIII. Jus hoc caes. descendit ex jure Advocatiæ maximum habente nexum cum jur. supr. majestatis.
 XIV. Juramentum, quod hodie Episc. in situ consecrat. Rom. Pontif. præstare solent; illos non obligat; quatenus illud vel libertati Eccles. germ. vel augustis Imperatoris, & Imper. damnosum est.
 XV. Pax religiosa, & Westphalica tam ex capite vis, & metus, quam usurpatæ alienæ potestatis ceu invalida impugnari nequit.
 XVI. Decanis Ruralibus in Ducatibus Julæ & Montium sua Jurisdicção ex transactione provisionali inter Serenissimum FERDINANDUM Archiepiscopum Col. & WOLFGANGUM WILHELMUM Duce[m] Julæ & Montium anno 1621. conclusa specialiter conceditur.
 XVII. Decimæ propriæ acceptæ non tam ex jure divino, quam eccles. successivè introducto derivandæ sunt, & rectè in ecclesiasticas, & laicales, vel seculares dividuntur.
 XIX. Decimæ Novales Germaniæ Episcopis competere sustinemus, quibus tamen, si eos ad usus pios convertere velint, non reluctamur.
 XX. Immunitas Bonorum cleric. incongruè ex jure divino deducitur, sed origo eju[s] in præscriptione, in donationibus, vel privilegiis Imperatorum & Principum quaerenda est.
 XXI. Religios. prof. transtiens ad sacra Protestantium non gaudet jure succedendi in Electorato Colon.
 XXII. Exemptio Regularium olim incognita recentioris in eccles. ævi est, & cum Episc. potestas in Regulares jure divino fundata sit, hinc nulla contra Episc. exemptio locum habet; sed ab ipso ejusmodi exemptiones eum in statum redigi possunt, & debent, ut desinant esse Eccles. nocivæ.
 XXIII. In dubio omnis Beneficii collatio penes ordinarios collatores est, inter quos eminet Archiepisc.
 XXIV. Jus Patronatus species est servitutis ecclesiasticæ, hodieque contra Ecclesiam, quæ libertatem præterdit, solo fundationis, vel adificationis Ecclesiarum titulo originariè acquiritur; Acquisitum variis dein titulis in alios transferri potest.
 XXV. Clericus Domicellarius ob assumptam militiam Beneficium suum ipso jure non amittit; Prestita vero contrahens Matrimonium ipso facto privatur jure suo.
 XXVI. Juris Atylii divinam in nova lege institutionem non esse, silentium Scripturarum, & defectus traditionis satis arguunt. Succedanea ejusdem juris initia, progressus, vicissitudines, & diversissima, quæ hodie est diversorum locorum, observantia, uberius confirmant.
 XXVIII. Syndicum Agrippinensem, quæ Sæculo IV. habita fuisse, & in qua Euphrates depositus fuisse fertur, supposititiam, nec inter fontes Juris Colonien[s]is numerandam esse, eruditorum nemo negabit.
 XXIX. Concilium provinc. an. 1549. sub Archiep[iscop]o Adolpho habitum à sacra Cæs. Maj. eodem an. confirmatum esse legimus. Unde in casu læsionis pro manutentione Canonum, & Jurium quaestorum ex illo etiam ad Suprema Imperii Dicasteria recursus datur, nec ab his aliter, quam secundum statuta illius Concilii pronuntiandum est.
 XXX. Elector Archiep[iscop]o, sacro duntaxat pallio carens ritè inungit Germanorum Regem.
 XXXI. Pactum inter Emmos Principes Elect. Archiep[iscop]um Colon. & Moguntinum an. 1657. initum, in Capitulatione Cæs. art. 3. § 9. confirmatum legimus.
 XXXII. Alternativa Mensium, quam exercent 3 Archiep[iscop]i. Electores ipsis non ex Indulto quinquennali, sed ex nativæ & primæ potestate competit, in quam à Summo Pontifice restituti fuerunt, quasi nunquam Reservatio emanasset.
 XXXIII. Hinc conferunt jure ordin. neque Facultas in istis mensibus conferendi Beneficia habente quinquennio, vel Sede Apostolica vacante expirat.
 XXXIV. Cum in Indultis, quæ Univers. Colon. Præbendæ 3tiæ gratiæ conceduntur, legatur clausula „Sine præjud. v. fratris moderni. . . Archiep[iscop]i Colon.“ consequens est, hæc Indulta juri Seren. nostro competenti notare non posse.
 XXXV. Metropolitæ Colon. non solum jura ordinis, sed & omnem jurisdicção[m] episc. in Catholicos eccles. observ. sub Episc. A. C. reservatam esse ex instrumento P. W. satis evincitur.
 XXXVII. Jus Precum Archiep[iscop]opalium etiam extendi ad Beneficia curata quorumvis ordinis Regularia extra dubium est.
- — — — —




ULB Halle 3
006 389 805



Vd 18







DISSERTATIO 1786
JURIS ECCLESIASTICI
EXHIBENS
HISTORIAM, EXERCITIUM,
AC
SUSPENSIONEM TURNI
ECCLESiarUM COLLEGIATARUM COLONIENS,
PRÆCIPUE PER
PRECES ARCHIEPISCOPALES.

QUAM
LOCO TENTAMINIS ACADEMICI PUBLICI
UNA CUM
SELECTIS JURIIUM THESISIBUS
SINE PRÆSIDE
EXPONET & PROPUGNABIT
CASPAR. ANTONIUS S. R. I. EQVES DE MASTIAUX
IN NEUENHOVEN Bonnenfis, Jur. Audit. quinquennio emer.
IN AULA MAJORE ELECTORALIS ACADEMIÆ
BONNENSIS

DIE XXV. MENSIS FEBRUARII MDCCLXXXVI.
ab horâ IX. ad XI.

Bonnæ, Typis Joan. Frid. Abshoven, Typographi Academici privil.